
V T H
1554


1550


DATA EST MI
HI OMNIS
DEFRVCTV
VENTRIS





PHILOTHEI
MEDICI PRÆSTANTISSIMI
COMMENTARIA IN APHORISMOS HIPPOCRATIS.

NVNC PRIMVM E GRÆCO IN LATINVM SERMONEM CONVERSA

LVDOVICO CORADO MANTVANO INTERPRETE.



Cũ Priuilegio Senatus Veneti p annos .x

COSMO MEDICI Florentinorum Duci Ludouicus Coradus de Austria Mantuanus.



NEMINEM Græcorum accepimus post homines natos, uel Philosophorum, uel medicorum Cosme Dux amplissime, cuius grauior fuerit authoritas, quàm Hippocratis Coi, testantur id (ut de cæteris taceam) duo philosophorum principes Plato & Aristoteles, Nam Plato in inuestigatione naturæ Hippocratis decreta potissimũ secutus est, ab eisq́ue ne transuersum quidem unguem discessit. Aristoteles philosophorum Deus cum totius physiologiæ fundamenta iaceret, Hippocratis sentẽ

tiam de mutua elementorum transmutatione certissimis, ac firmissimis argumentis cõprobauit, Democriti uero & Empedoclis reliquorumq; philosophorum dogmata meras esse nugas apertissime ostẽdit. Medicinæ autem parentem fuisse Hippocratem declarant, tum statuæ cõmuni Græcorum consilio huic uiro positæ, quem honorem nemo unquam medicorum, neq; nostra, neq; maiorum nostrorum memoria consecutus est, tum maximi ac potentissimi regis literæ. tum sexcenta medicorum testimonia. Ex quibus facile intelligitur uetustissimam fuisse opinionem sine Hippocrate artẽ medicam, neq; recte intelligi, neq; prudenter exerceri posse. Huius grauissimi uiri multa quidem extant & præclara memoriæ ac literis prodita, sed nihil magis admirati

sunt posteri, quàm breues illas sententias si tamen sententiæ potius quàm oracula sunt appellandæ, in quibus diuinus senex utrãq; partem medicinæ admirabili quadam ratione cõplexus est, nihilq; præter misit, quod ad absolutionem et perfectionem artis medicæ pertineret. Has cum & rerum, & uerborum obscuritate non facile intelligerentur, post Galenũ illustrãdas, & interprætandas suscepit Philotheus inter Græcos medicus non ignobilis, quem ego in hoc negotio multis nominibus laudandum existimo, Primum quòd ad Hippocratis sensum, & opinionem ita penetrauit, ut Hippocrates seipsum interpretari uelle uideatur, Deinde quòd in eo est lenitas orationis, purum & candidum dicendi genus, quod legentium animos incredibili afficiat uoluptate. Acce-

dit breuitas nõ quæ obscuritatem pariat, sed quæ lectorem semper attentiorem diligentioremq; teneat, cum nihil quod ad rem propositam spectet, ab eo desideretur, nihil redundans aut superuacaneum inueniatur, quam ob rem illud uere possum affirmare neminem, uel Græcorum uel latinorum in interpretando Hippocrate ad Hippocratis grauitatẽ atq; adeo maiestatem Philotheo propius accessisse. Hunc ego interpretem superiori hieme, ut medicinæ studiosis consulerem, e Græco in latinum conuerti, quem sub tui nominis inscriptiõe diuulgandum esse iudicaui, cum te studiosi omnes ut patronum amplectantur, ut Italiæ nostræ lumen merito colant & obseruent, in te enim abunde sunt uirtutes omnes, quæ ab integerrimo rerum publicarum Duce po

ſtulantur. Diuinus Plato beatas fore ci
uitates ex iſtimabat ſi eis, uel philoſophi,
uel philoſophorum ſtōdioſi dominaren-
tur, Beatiſſima igitur eſt te Duce Flo-
rentia, cui uerus philoſophus, hoc eſt opti
mus, & prudentiſſimus Chriſtianus do
minatur, uere autem beatiſſima eſt, nam
ab ea cæteræ Italiæ ciuitates religionis,
probitatis & integritatis exempla pete-
re poſſunt. Nam quid ego dicam de opti
marum artium ſtudiis? quæ in Imperio
tuo florentiſſima ſunt, ut omnes intellige
re poſſint te nihil aliud cogitare, niſi ut ij
quibus præſis honeſti, & beati ſint. Ni
hil faciam inſolenter, neq; aggrediar ad
laudes ōptimi poſt hominum memoriam,
& ſanctiſſimi principis, quem pro digni
tate laudare nemo unquàm ſatis commo-
de poterit. Illud tantum dicam ampliſſi-

mis monumentis conſecrandam eſſe memoriam tui animi magnitudinis, tuæ liberalitatis, ac prope ſingularis prudentiæ ut nulla unquã temporum iniuria res tuas præclariſſimas in otio geſtas ex animis hominum delere poſſit. Cum igitur ad egregias animi tui dotes adiungatur incredibilis humanitas, nõ grauaberis Dux ampliſſime, has laborum, & uigiliarum mearum primitias hilari uultu accipere, Coradumq; tuum in eis, qui tibi addicti, dediti, & obſtricti ſunt, numerare. Venetijs. idibus ſept.

INDEX EORVM QVAE IN COMMENTARIIS CONTINENTVR.

MARTIANVS ROTA AD LECTOREM.

PHilotheus, qui a nonnullis Theophilus dictus est, medicus fuit per quam eruditus, & quantum coniectura assequi licet Aristotelicis disciplinis haud leuiter imbutus. Nam & eius de vrinis liber qui pridem latinus factus est peripateticam methodum sapit: & hæc nunc primum in latinum sermonem translata eius commentaria, tanta sunt diligentia & arte conscripta, ut neminem fore existimem, qui nõ etiam postquam Galenum legerit, magnopere ista percurrisse gaudeat: Siquid est enim obscurius ab Hippocrate prolatum id ipse quam primum exponit, deinde quibus in temperaturis, ætatibus, temporibus & morbis sententia eius contineatur aperte declarat: postremo causam omnium quæ dicantur optimam adducit, & siquid dubitabile superest postmodũ accurare diluit: tãta breuitate & facilitate, ut nullum in eius dictione aut sensum impertinens, aut verbum ociosum reperias, nihilque tam obscurum sit quod non a quouis mediocriter erudito statim assequi possit. Quam ob rem non est lector quod dubites, quin ex huiusce libri paruitate, magnam doctrinæ frugem reportaturus sis vale.

PHILOTHEI

COMMENTARIA IN PRIMVM APHORISMORVM HIPPOCRATIS, INTERPRETE LVDOVICO CORADO MANTVANO.



VID est Aphorismus? Aphorismus est oratio breuis pfectã sniãm neq; pluribus neq; paucioribus, q̃ opus sit, verbis indicans, vel est oratio, quod ad verba quidem attinet obscura breuibus autem sententiis referta. Qua de causa dictus est Aphorismus? quoniam in eo circumscribatur sententia, neq; vllum habeat commertium cum iis, quæ ipsam vel antecedere, vel subsequi possent. Animaduertendum autem est, opus hoc duplici proœmio constare, primum enim Hip. sententiam suam enunciat, qua quidem in re videtur potius dehortari & deterrere studiosos, quàm eos accendere ad hanc artem capessendam, vt cũ dicit (vita breuis, ars vero longa) Deinde suadet quid sit faciendum, vt cum enuntiat (non solũ seipsum oportet præbere idoneum, & quæ sequuntur.

Aphorismus 7r

VITA breuis, Ars vero longa, occasio autem præceps, experimentũm vero periculosum. 1.

VITAE nomen multiplex est, vita enim locus dicitur, cuius rei gratia vocamus ea animalia, quæ & in terra & in aqua viuere possunt, vtranq; vitam viuentia, vt vituli marini, & crocodili, & reliqua id genus, vita etiam pro studio vsurpatur, ideo solemus proferre, hominem hunc medici vitam exercere, illum autem Philosophi. Appellatur etiam vita viri & vxoris in matrimonio coniunctio, hinc oritur ille modus loquendi, hominẽ huuc cum hac vel illa muliere vitam agere. Præterea vita idem

Vita

est, quod animæ vel virtus vel vitium, vt cum pronuntiamus, hunc temperantem esse vita, & ornatum, illum autem contra intemperantem. Vita etiam sumitur pro eo tempore, quo spiritum ducimus, hac enim de causa eum, qui diem suum obiit, vita priuatum esse dicimus, hoc igitur loco uita apud Hip. in hoc quinto & extremo significato sumitur, quæ quidem uita breuis est (ut dicebam) si ad artem referatur, cum multæ sint propriæ ipsius partes, quas nunq̃ perfecte assequi possumus. Quot sunt præcipuæ partes medicinæ? duæ, spectatiua, & actiua. Vtraque harum in complures partes subdiuiditur. spectatiuæ quidē alia de natura, alia de signis, alia de causis tractat. Quæ ad naturam attinet pars, subdiuiditur in elementa, temperaturas, membra, actiones, hæc autem alia ratione in plures secantur partes. Quæ autem de causis tractat, ea præcipue tres causas considerat, quarum prima primitiua, altera abdita, tertia continens appellatur. Restat tertia pars, quæ signa complectitur, hæc autem signa sunt eiusmodi, ut ex iis uel præsentia cognoscamus uel futura prædicamus, uel superiora nobis ipsis in memoriam redigamus. Pars uero actiua medicinæ complectitur id, quod integra fruitur ualetudine, & id quod curatione indiget, quod autem curatione indiget, triplici ratione curatur, uel ratione victus, uel pharmaco, uel chirurgia, ex his ea pars, quæ ad rationem victus attinet, uel senibus inseruit, uel ægrotantibus, uel iis, qui ex morbo conualuerunt, uel iis, quibus cauere, uolumus, ne cum bene ualentes sint, in morbū incidant. Vt autem in uniuersum dicā multa super iis in uestiganda sunt; longa igitur est ars inuentionis, disciplinæ ac pfectionis partium gratia; non enim fieri potest, ut homo unus omnia inueniat, & discat, & perficiat. Quin ipse Hip. testis est medicam artem longiorem esse, quam ut homo etiam si quam diutissime uiuat, eam perfecte assequi possit (occasio quidem præceps) hoc est remediorum & morborum, cum præcurrat, & sensum nostrum subterfugiat, ideo difficillimum est ipsam cognoscere, ut non sine ratione admoueantur pharmaca, sepenumero enim accedens medicus ad uisendum ægrotum cognouit huic merito adhiberi posse hoc, uel illud pharmacum. Cum autem duabus horis post denuo ad eundem ue-

nisset, coactus est mutare sententiam, cum aliud tempus superuenerit. Hoc igitur una cum materiæ fluxu facit, ut præceps sit occasio, non enim potest in eodem homine bis eadem ratione occurrere, nam sæpe solet usu uenire, ut cum nutrimento indigeat ægrotus, & iam cibandus sit, inuadat eum accessio febris, uel aliquod aliud symptoma q͂d impediat, quo minus cibari possit (experimentum uero periculosum) hæc est inexperientia eorum, quæ conducant, ob dignitatem subiecti, idest corporis, non enim lapides, & lutum, & coria, (quemadmodum in aliis artibus) subiacent medicæ arti, in iis enim possumus uarie quidem, sed impune periculum facere, si quis enim uel ligno, uel coriis, in opere faciundo abutatur, nullum ex eo periculum procreatur, cum autem imperitus artis medicę in humano corpore curando periculum sui faciat, periculosum est, nam praua experientia in pernitiem animalis redundat. Rursus autem iudicium est difficile (hæc autem est ratio) cum ægre percipi possit, adhuc enim dubitant philosophi de cœlo utrũ corpus sit, an incorporeum, & si corpus, vtrũ finitum, an infinitum. eodem modo & medicæ artis ratio, ut patet ex pluribus & variis opinionibus in arte medica.

OPORTET autem non modo se ipsum exhibere promptum ad ea, quæ decent, facienda, uerum & ægrotantem, & eos qui adsunt, & exteriora.

HIC Aphorismus consilium Hip. explicat. oportet (inquit) medicum non solum seipsum præbere idoneum ad ea facienda, quæ decent, hoc est moratum esse, placidum, & facilem ad ægrotantem modeste accedentem, & ea, quæ ad eius officium spectant, non sine ratione facientem, verum etiam ægrotantem eo esse ingenio, ut ei medicus facile persuadere possit, & ministros idoneos esse, & ad interrogandum, & ad respondendum, ne quid molesti nuntient ægrotanti, & exteriora cõspirantia. Exteriora autem nominat cõtinentis nos aeris naturam, & domesticas perturbationes, necesse enim est hæc

omnia concurrere, quæ ad cõparandam ſanitatẽ expectant

IN perturbationibus uentris & vomitibus. ſpontinis ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt, ſin minus contra.

CVM ſit Hip. propoſitũ pertractare de euacuatiõe naturali & artificioſa coactus eſt conſequenti quodam orationis ordine uentris mentionem facere, præterea a ventre nunc incipit (hoc eſt a' uentriculo, in quem ingeritur cibus) quoniam cõcoctio primum in hac parte fiat. differt autem utique purgatio ab euacuatione, quoniam hæc, quæ nos liberat ab eo quod qualitate noceat, purgatio uocatur. euacuatio autem, quæ ab eo, quod quantitate. hoc igitur loco ſermo Hipp. eſt de naturali euacuatione ſecundum qualitatem, hoc enim (qualia) qualitatem ſignificat, præterea purgari dictum eſt de euacuatione ſecundum qualitatem non tamen artificioſa. (in perturbationibus uentris, & excretionibus ex iis prouenictibus; & ſpontiuis uomitibus, ſi qualia oportet purgari, purgentur, hoc eſt, quæ qualitate offendunt, conducit: ægrotantes enim bene ferunt liberati a cacochymia. ſi autem aliorum quorundam humorum purgatio fiat, & non eorum, qui offendant, cõtrarium efficitur, neque conducit, uerum & difficilius ferunt ægrotantes. ad illos autem qui rogant, quid ſit, cur Hip. prius de naturali, quàm de artificioſa euacuatione uerba fecerit, dicimus artem imitari naturam, non naturam artem.

SIC & vaſorum inanitio, ſi talis fiat, qualis fieri debet, confert & bene tolerant, ſin minus, contra.

CVM prius de naturali euacuatione pertractaſſet, nunc accedit ad artificioſam, & dicit, (ſic & vaſorum inanitio) hoc eſt eodem modo etiam artificioſa euacutio, quo & naturalis, uaſorum autem inanitio eſt euacuatio uaſorum continentium humores, ut ſunt uenæ & arteriæ. ruruſus igitur de artificioſa

euacuatione, quemadmodum & de naturali dictum est (si qualia oportet fieri, fiant) hoc est qualia oportet euacuari, conducit omnibus corporis partibus, ægrotantes enim beneferunt, si autem secus fiat, contrarium efficitur, ut si biliosa materia redundans subiaceat.

INSPICERE itaque oportet & tempus, & regionem, & etatem, in quibus conueniat, aut non.

SI enim quis hæc omnia animaduertet, tutius ad lædentis humoris euacuationem perueniet, verbi causa in corpore flaua bile repleto has omnes notas inspicere oportebit, si tempus sit æstiuum, & ægrotans in ætate consistenti, & locus sit calidus. Sic etiam in pituita si hiems sit, si ægrotans senex, & locus frigidus sit. præterea & morbi forma, ut tertiana febris a flaua bile prædominante generatur, quartana ab atra bile, quotidiana autem a pituita. Si igitur quis hæc ut deceat considerauerit, exquisite ad euacuationem accedet. hoc autem (in quibus conueniat, aut non) idem est ac si dicaret, in quibus conueniat, uel non conueniat talem humorem euacuare. sciendum autem est Hip. veteri consuetudine morbi nomine intelligere causas, accidentia, & morbos.

HABITVS exercitatorum qui ad summum bonitatis attingunt, periculosi, si in extremis constiterint: neq; enim possunt in eodem permanere, neque quiescere, cum vero non quiescat, neque possunt proficere in melius. reliquum est igitur ut decidant in deterius. his de causis bonum habitum statim soluere expedit, ut corpus rursus nutriri incipiat.

EXERCITATOS. uocat athletas, bonum autem habitum, multam carnositatem, summum autem ultimum. in

exercitatis igitur ipſe ĩ ſummo bonus habitus periculoſus eſt, propterea quod facultates naturales nõ quieſcant (ut ipſe dicit Hip.) ipſarum enim quies mors eſt, cum igitur non quieſcant, neceſſario fit chyli generatio, ſanguificatio, diſtributio; ubi autem facienda ſit appoſitio, non relinquitur locus, æque autem ubi non poteſt fieri appoſitio neq; agglutinatio; ubi autẽ agglutinatio fieri non poteſt, neq; aſſimilatio, Quid igitur reſtat? ut in deteriorem partem cedant ſuperfluitates corporis læſæ. Hac igitur de cauſa bonum habitum ſoluere oportet per ſanguinis miſſionem, ut denuo refici corpus incipiat, hoc autem oportet quamprimum fieri, ne facultates diſſoluantur, uel ne ſanguinis redundantiam conſequantur affectus cõſequi ſoliti, vz morbus lateralis, angina, & aliquid eiuſmodi, in exercitatis autem nocet multa carnis copia, periculum enim eſt ne in ipſis ſuffocentur uirtutes.

NEQVE compreſſiones ad extremum ducendę, periculoſũm enim, ſed qualis fuerit natura eius, qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit.

HOC loco differit Hip. de ratioue euacuandi, quod ad quantitatem attinet, non enim (inquit) ad extremum ducenda eſt eiuſmodi euacuatio, nam vt bonus habitus immoderatus ſolet diſſoluere, virtutem grauans & ſuffocans ipſam, ſic & immoderata euacuatio, cum reſoluat, & difflet, & corrũpat. ipſa autem in quantitate euacuatio metienda eſt ex viribus ægrotãtis, quin & ex reliquis principiis, vt ex anni tempore, & regione, & ætate, & ex reliquis. A vaſorum autem cõcidentia oſtendit euacuationem. etenim vacuatis his, que continentur in vaſis, & ipſis tanquã mole quadam leuatis concidentiæ affectus ſequitur.

SIC & euacuationes, quæ ad extremum deducunt periculoſæ, et rurſus refectiones, cum extremæ fuerint, periculoſæ.

HVIVS Aphorismi interpretatio omissa est a nonnullis sapientibus, qui existimauerunt Hip. hoc loco nugari. verum non ita est, nam posteaquā Hip. de quantitate materiæ differens vsus est exemplo boni habitus,& eius curandi rationem ostendit, nunc vna cum exemplo sermonem in vniuersum transferens inquit se non in solo bono habitu hoc dicere, sed quodcūq; sit in quo euacuare oporteat, euacuationem ipsam non esse ducendam ad extremum, neque etiam refectionem, cum nihil quod modum excedat, sit laudandum.

VICTVS tenuis atq; exquisitus in morbis quidem longis semper, in acutis autem, in quibus non conuenit, periculosus. 4

PRAESENS Aphorismus ad rationem victus attinet, & ordine prolatus est, cum enim laborasset Hip. vt liberaret a redundantia & secundū qualitatem & secundum quantitatem corpus inæquale,& a pernicie, quæ ex illa infertur, ad rationem victus præscribendam transfert sermonem, cum corpora impura quanto vberius nutrias, tanto magis lędas, nocet (inquit) exquisita & tenuis dieta, vz inedia in diuturnis affectibus. nam non solum a morbo non liberantur ægroti, verū etiam eorum virtutes debilitantur. Quinetiam in morbis acutis, qui id non admittunt, periculosum est nihil dare, acuti autem morbi, vel acuti æquiuoce dicuntur, qui vsq; ad quartūdecimum diem extenduntur, vel simpliciter acuti, qui vsque ad septimum vel nonum diem, vel peracuti, qui vsq; ad quartū. In his igitur qui æquiuoce sunt acuti,& in simpliciter acutis periculosæ sunt exquisitæ & tenues dietæ, hoc est inedia cum fieri non possit, vt ægrotans sine cibo possit tandiu sustinere. in peracutis autem nō est inedia periculosa propter paucitatem dierum. hoc autem (qui id non admittunt) idem est, ac si diceret, in quibus conueniat, & in quibus nō conueniat. Sciendum est autem sæpenumero melicratum,& modicum succū ptisanæ sumi pro absoluta inedia, cū parū ab ea distét.

ET rursus qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauis est, nam et repletiones, quæ ad extremum deueniunt graues sunt.

HOC loco etiam reprehendit victum illum qui est in summo tenuis, hoc est inediam, & immodicam repletionem, hoc est copiosum victum. vterq; enim, cum sit immodicus, nouitate naturam perturbat. Sciendum est autem, duas esse in ratione victus generalis differentias, quarum vna consistit in tenui, alia in copioso. Tenuis autem victus triplex est, hic enim est in extremo tenuissimus, vt est absoluta inedia, alter tenuissimus, vt est melicratum, tertius tenuis, vt ptisanæ succus. copiosus autem, vel est vt tota ptisana, vel copiosior, vt pisces & oua, vel copiosissimus, vt caro. est autem medius horum, vt panis lotus, vel placenta.

IN tenui victu ægri delinquunt, quo fit vt magis lædantur, quicunq; enim error committitur, maior in hoc fit q̃ in paulo pleniori victu, propterea etiam sanis periculosus existit valde tenuis constitutus et exquisitus victus, quoniam errores grauius ferũt. ob hoc igitur tenuis victus atq; admodum exquisitus eo, qui sit paulo plenior, magis periculosus.

IN tenui victu peccant ægrotãtes paruifacientes inediã, et nõ animaduertentes quanti referat abstinere se vel a pane vel a carnibus, & hac de causa magis lædũtur, si qua enim fiat offensio, grauior est in tenui victu. quã in paulo vberiori, cum natura nouitate cibi offendatur, hac igitur de causa tenuis in summo victus periculosus est. hoc ita esse sanorum exemplo comprobatur, si enim in illis (vt dicit hip.) periculosus est, ꝙ errata grauius ferant, quanto magis in illis, in quibus virtutes sunt imbecillæ. Hac igitur de causa omnino tenuis in summo

victus periculosius est. adiectum est autem, (vberior vt plurimum) in quibusdā enim oportet ipsum adhibere, vt in peracutis morbis, si nihil prohibeat, hoc est si virtus non sit imbecilla, vel os ventriculi facile bilem contrahat.

EXTREMIS morbis extrema exquisite remedia optima sunt.

QVALES sunt morbi peracuti? in quibus intelligi nō potest acutior in morbo motus. extrema igitur remedia sunt adhibenda, ex quibus vnum est inedia, ꝙ ad rationem victus attinet, hæc enim maximum habet momentum in peracutis morbis, sed (exquisite) addidit, nam si morbus hanc exigit, aliquid autem aliud prohibet, spectandum est ad id, quod magis vrget, & hoc mō vel nihil ꝓrsus dare, vel nutrire oportet.

VBI morbus peracutus est statim extremos habet labores, & extreme tenuissimo victu vtendum est, vbi vero non, sed pleniorem victum contingit adhibere, tantum cibi indulgēdum est, quantum morbus extremus est mollior.

PERACVTVM morbum vocat eum, qui quatuor diebus circunscribitur, extremos autem labores appellat sæuissima accidentia, ut uigilias, syncopas, hoc autem (statim) principium temporis indicat tribus aut quatuor diebus consideratum. in his igitur, qui peracuto morbo laborant, extremi labores fiunt, & ex his patefiunt. Oportet igitur in his necessario uti uictu in summo tenuissimo, quatuor enim diebus a morbo liberantur, & interea possunt absolutam inediam tolerare. vel quod ipsum totum tempus status est. in quibus autem non est peracutus morbus, sed contingit uberius cibare, tandiu (inquit) oportet supersedere tenui uictu, quandiu morbus abest ab extremis, hoc est, uel a statu, uel ab acutis.

QVANDO morbus in suo vigore con-

ftiterit, tunc tenuissimo victu vtendum est. Coniectari autem oportet, an æger cum victu sufficiat perdurare, donec morbus consistat, & nunquid prius ille deficiat, nec possit cum victu pdurare, uel morbus antea deficiat, atq; hebetescat. 9 8

HOC loco disserit Hip. de morborum temporibus. Sunt autem morborum tempora quatuor, principium, accessio, status, decessio. In principio igitur & in accessione iubet uberiorem uictum adhiberi, in statu autem tenuissimum, non uberrimum. Quoniam autem natura comparatum est, ut cibi ipsi a uirtute concoquantur, si in statu, quum natura aduersus morbum pugnat, adhibeatur uberior uictus, & natura contemnat morbum, conuertat autem se ad cibi concoctionem, grauiter affligitur a morbo ægrotans: q; si contra, natura nutrimentũ contemnat, certet autem cum morbo, cibus crudus una cum morbo contra naturam operatur. Hoc autem (coniectari autẽ oportet) & reliqua, hoc modo intelligendum est. Perpendere oportet uirtutem ægrotantis, & siquidem inuenias ipsam ex morbi forma posse per se ipsam resistere, potes tenuem uictũ adhibere; si autem contra, morbum quidem grauem, uirtutem autem imbecillam, potes uberius cibare, ut uirtus possit morbo resistere.

QVIBVS igitur statim morbus consistit, ijs statim tenuis uictus adhibendus est, quibus uero posterius debet consistere, ijs & in ipso consistendi tempore, & parum ante illud, cibus subtrahendus est, prius uero vberius agendum, vt æger possit perdurare. 10

ADHVC de tempore disserit. Oportet. (inquit) considerare, in quibus quidem morbis statim sit status, & tenuem uictum adhibere, cum natura magnopere laboret. In quibus a u-

tem non ſtatim,ſed poſterius,in ipſo ſtatu, & Paulo ante ipſum,hoc eſt biduo aut triduo ante abſtinere a nutriendo, uerum ante ſtatum(pinguius) hoc eſt uberius cibandus eſt. Solutio autem ex Hip.ſententia ſumitur,ex uiribus ægrotantis. Eſt igitur uniuerſalis ſermo prolatus de omnibus morbis, non ſolum enim in peracutis morbis, uel acutis in ſtatu oportet tenuem uictũ adhibere,uerum etiã in chronicis & in reliquis.

IN acceſſionibus abſtinere oportet, nam cibum dare nocuum eſt, & quibus per circuitum fiunt acceſſiones in ipſa acceſſione abſtinere oportet. 11

CVM docuiſſet Hip.quando oporteat nutrire,nunc docet,quando non oporteat,hoc eſt in acceſſionibus.cum autem dicat in acceſſionibus,oſtendit, neq; in continuis febribus nutriendos non eſſe ægrotantes,neq; in intermittentibus ſimpliciter,ſed in acceſſionibus tantum,quod autem nunc infertur,videtur idem eſſe cum ſuperioribus,vere autem aliud eſt. Cum enim pronuntiaſſet oportere in acceſſionibus abſtinere, ne cui uideretur ſolum in febribus hoc intelligendum, adiecit, in uniuerſum oportet in omni acceſſione abſtinere, uel ſit acceſſio doloris colici,vel doloris renũ,uel ſit quelibet alia acceſſio.Verum non ignorare debemus nutriendos eſſe eos,qui ſemper eodem modo febricitant, in intermittentibus autem cibandos ægrotantes in deceſſione febris, non autem in acceſſione,ne cibi euomantur, & vehementius perturbetur natura.Præterea ſciendum eſt acceſſionem eſſe grauiorem partem totius periodi)periodus autem eſt reditus ab eodem in idem.

ACCESSIONES autem & conſtitutiones morbi indicabunt & anni tempora, & circuitum ſucceſſiua incrementa, ſiue quotidie,ſiue alternis diebus,ſiue per maiora interualla fiant.

IN superiori Aphorismo cum docuisset in accessionibus non esse cibandos ægrotos, potuisset aliquis dubitare, qua ratione cognosci possint futuræ accessiones, ideo infert (accessiones autem & constitutiones ostendunt morbi & tempora anni, & periodorum successiua incrementa) morbi autem hoc pacto, ut si sit tertiana, cito iudicatur, & tertio quoq; die fit accessio. si autem quotidiana, sero, & vnoquoq; die fit accessio. si autem quartana, serius, & biduo post accessio. Sic & in aliis morbis manifestantur & accessiones, & constitutiones. (& anni tempora) hoc modo, si contingat fieri quartanam in æstate, breuis erit, quæ autem in hieme diuturna erit, & in vno quoq; alio morborum genere celeritatem quidem æstas. tarditatem autem hiems addit. (Sed & accessiones) alternis quidem in æstate, biduo post in autumno, singulis autem diebus & noctibus in hieme. (periodorum autem incrementa) hoc modo, quoniam si vehementior, morbus inuadat, patet non longe abesse statum, & accessiones breui tempore ad nihilum recasuras, si autem remissior, longius abesse statum, & accessiones diuturniores fore. incrementa autem sunt inuasiones morbi.

SED ex iis, quæ mox apparent indicia sumūtur, quemadmodum in morbo laterali, si circa initia statim sputum appareat, morbum breuiat, si uero postea appareat, producit: & vrinæ: & alui excrementa: & sudores, quæcunq; apparuerint, uel bonam morborum iudicationem, vel malam: vel breues, aut longos fore membros ostendunt. 12.

NVNC autem ex apparentibus tradit rationem cognoscendi accessiones, & constitutiones ipsorum morborum. Apparentia autem triplicia sunt, uel enim salutem aut perniciem indicant. uel iudicationem, aut nullam iudicationem, uel cōcoctionem, aut cruditatem. hoc igitur in loco concoctionis et

cruditatis signa pertractat. hæc autem in iis qui iudicantur considerantur. quæ autem iudicantur, considerantur in sputis in excrementis, & in urinis. in morbo igitur laterali si statim sputum expuatur, hoc est tertio die, prędicere possumus statū esse ꝓximum, & morbum breuiorem fore. si autem hoc eueniat circa quartumdecimum diem, signum est diuturnitatis ipsius morbi. Sputum autem & spuitio hac ratione differunt, quod sputum est id quod concoctum est. Spuitio autem cruda. Ex apparētibus autem in morbo laterali accepit rationē cognoscendi. Præterea ex urinis, & excrementis & sudoribus coniecturam facit. (Et urinę, & excrementa) & reliqua. si. n. tertio aut quarto die concoctio in ipsis appareat, manifestum est proximum esse statum, & bene iudicatum iri morbum, si autem hoc non fiat, lōgius abesse, & ęgre iudicatū iri morbū.

SENES facillime ieiunium ferunt, secundo loco qui ætatem habent consistentem, minus adolescentes, omnium minime pueri, pręser tim, qui inter ipsos sunt viuidiores. 13

CONSEQVENTER nunc in ætates transfert orationem, ut etiam ex ipsis ostendat, qua ratione in unaquaque earum quisq; sit cibandus. Senes igitur facillime ieiunant, secundo loco consistentes, & reliqua. Senes autem vocat non senio confectos, uerum ad summum sexagesimum agentes annum. consistentes autē uocat eos in quibus calor innatus decedit & remittitur. utriq; igitur inediam facile ferunt, uerum senes quidem facilius, quod facultas naturalis in ipsis fere sit extincta, & ideo frigidiores sint. cōsistētes aūt, idest qui parū absunt a statu, & ipsi quidem ferunt inediam, difficilius autem quā senes ex eisdem causis. adolescentes autem minime, hoc est parum, ꝙ in ipsis ferueat innatus calor, pueri autem nullo modo, cum corpus habeant difflabile, nec lōge absint ab insito calore. sed ex pueris quicunq; uiuidiores sunt adhuc difficilius ferunt inediam, nam cum mobiliores sint, uehementius calefiunt, quanto autem uehementior est calor & intensior,

tanto ægrius ſuſtinetur inedia.

QVI creſcunt plurimum habentcalidi innati, plurimo igitur indigent alimẽto, alioqui corpus abſumitur, ſenibus vero parum ineſt calidi innati, paucis propterea fomitibus egent, quia a multis extinguuntur: Hanc etiam ob cauſam febres ſenibus non ſimiliter acutæ ſunt, frigidum enim eſt eorum corpus. 14

HIC Aphoriſmus prçcedẽtis Aphoriſmi cauſas aſſignat, propterea enim pueri nullo pacto ferunt inediam, quod ea q̃ creſcunt plurimum habeant calidi innati, ubi autem calidum innatum ſit plurimum, plurimo indiget nutrimento, quo ſi careat, colliquatur corpus, cum calidum innatum ſemper ſit occupatum in agendo, & non ſuppeditato alimento ipſam corporis ſubſtantiam depaſcatur. Rurſus ſenes exiguum habẽtes calidum paucis alimentis indigent, immo potius a multis extinguuntur, ut elychnii flamma, cum ſubito multum ei oleum infundatur. Volens autem oſtendere hip. in his quæ creſcunt calidum innatum multum eſſe, in ſenibus autem exiguum, hac de cauſa (inquit) & febres in ſenibus non ita ſunt acutæ, conſiſtentes enim acutæ febricitant, ut calidiores, ſenes autẽ non ita, cum frigidum ſit eorum corpus.

VENTRES hyeme & uere calidiſſimi ſunt, & ſomni longiſſimi, quare per ea tempora alimenta copioſiora ſunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus plurimus eſt, vnde et pluribus egent alimentis, indicio ſunt ætates & athletæ. 15

NVNC Hip. transfert ſuam ipſius doctrinam in tempora, & docet, quæ eorum calidiores faciant uentres, & quæ cali-

diores, præterea quomodo oporteat in ipsa intuentes cibare. Ventres igitur hyeme & uere calidiores natura. Ventrē appellant non solum eum, in quem ingeruntur cibi, uerum etiā omnem cauitatem in profundo iacentem, ut cerebri, cordis, & epatis, & reliquorum, hi igitur uētres hyeme sunt natura se ipsis calidiores, nam propter frigiditatem continentis comprimuntur & condensantur meatus, innatus igitur calor cōtendit, ut transpiret, cū aūt non inueniat exitum condensato corpore, retrocedit ad interiores partes, rursusq; ad exteriores redit, ex quo uario motu magnopere accensus ingrauescit, & calidior se ipso fit. in æstate autem non ita calidi sunt uētres, cum contrarium eueniat ei, quod hyeme solet accidere. Rursus ineunte ac medio uere calidi uentres sunt, ineunte quidē, ꝙ frigidum dominetur, medio autem propter temperiem. Somni autem longissimi sunt, nam ex copioso nutrimento ingesto optimi uapores generantur (cum ratione fiant concoctiones) qui petētes cerebrum humefaciunt ipsum, & somnū afferunt. In his igitur temporibus etiam plura adiumenta exhibenda sunt hoc est copiosiora nutrimenta propter copiam caloris innati (indicium ætates & athletæ) hoc ut exemplum intulit, in his.n. est multum calidi innati.

VICTVS humidus febricitantibus omnibus confert, maxime uero pueris. & alijs, qui tali victu uti cōsueuerunt. Et quibus semel, aut bis, et quibus plura, vel pauciora particulatim afferre oporteat, considerandum: condonandum autem aliquid tempori, & regioni, & consuetudini, & ætati.

16. 17.

IN superiori Aphorismo præscribebat Hip. rationem cibandi sanos, hic autem consequenter de victu ægrotantium sermonem habet (uictus humidus febricitantibus omnibus confert) & merito, nam omnis curatio per contrarium fit. Ve

rum quidam dubitant asserentes febrem non solum esse siccam, verum etiam calidam. oportebat igitur Hip. febrem curantem non solum humido, verum etiam frigido uictu uti. Ad hoc dicendum, Hip. ut breuitatis studiosum, cum meminisset unius oppositionis, quæ est ex humido & sicco pugnantibus, reliquisse intelligendam alteram oppositionem calidi & frigidi. Maxime autem pueris confert, quoniam & nutrit ipsos, & febri resistit, est enim lex medicorum, quæ secundum naturã se habent, ea conseruari a similibus, quę autem præter naturam, ea contrariis curari: eodem autem modo & his, qui tali victu uti consueuerunt, quoniam consuetudo naturam imitans similium indiget. Deinde docet, in quibus debeamus semel qualibet die cibare, in quibus autem bis, uel sæpius, uel rarius quam bis (quibus semel, aut bis, uel plura uel pauciora, & particulatim, & ẽ hic modus exhibẽdi. Dirigitur autem ad duo quædam intuentibus nobis, ad uirtutem & ad corpus, ad uirtutem quidem, si robusta sit, pluries cibus & crebro exhibebimus, ad corpus autem, si indiget. si autem virtus & corpus contrario modo se habeant, parui cibi & raro sunt exhibendi, contrariam enim hanc coniugationem ostendit, cum dixit (& particulatim. hoc autem) condonandum autem est aliquid tempori & regioni) additum est gratia decernendi, quæcunq; hoc in negotio sunt animaduertenda, cum non solum oporteat habere respectum ad virtutẽ et ad corpus, sed aliquid oportet etiam suppeditari a tempore, quoniam si sit æstas, quamuis corpus indigeat copioso nutrimento, tamen non adhibemus nutrimentum copiosum, sed modicum: crebrius autem propter imbecillitatem uirtutis, si autem sit hiẽs, quamuis corpus multis non indigeat, tamen uberius cibamus ob copiam caloris ĩnati, raro autem. Quod autem dictum est de temporibus, idem intelligendum est de ætatibus, & temperaturis, & reliquis. sciendum autem est Hip. de simplicibus febribus habere sermonem, in morbis enim complexis instandum est ei quod magis urget.

ÆSTATE & autumno cibos difficillime ferunt, hieme facillime, secũdũ locũ ver habet.

Nonnulli

Nonnulli dixerunt etiam hoc loco nugari Hip.supius enim dixit,uentres hieme & vere calidissimi natura,nõ est autẽ nugatio,illic enim de sanis erat sermo,hic autem de ægrotantibus. æstate igitur & autumno cibos difficillime ferunt,in autumno quidem ratione inæqualitatis ,in æstate propter exteriorem difflationem caloris innati,qui in nobis est,hieme autem rursus facillime hoc est commode , cum interius est inclusus calor innatus ,secundo autem loco in vere ratione temporis.

HIS qui per circuitum accessiones habent nihil dare oportet,neq; cogere,sed subtrahere adiectioni ante iudicationes. 19

IVDICATIONEM hoc loco uocat Hip. accessionem abutens vocabulo,est enim iudicatio & subita in morbo mutatio,& certamen naturæ cum causa faciente morbum , & perturbatio hoc antecedens,iis igitur qui per circuitus accessiones habent,neque cibum exhibeas,neque coges , sed subtrahes,adiectionibus ante iudicationeshoc est cibis ante iudicationes,si enim exhibueris cibum cogens ægrotantes sumere,maxime nocebis , uel ad vomitum irritabis ægrotantes ob nutrimenti molestiam , & cum sis autor adiiciendi aliquid causæ facienti morbum,ipsum morbum augebis.

QVÆ iudicantur,& quæ iudicata sunt integre,neque mouere,neque nouare aliquid , siue medicamentis,siue aliter irritando,sed sinere. 20.

CVM Hip. variis rationibus docuisset modum cibandi nunc ostendit, quando opus sit in iudicationibus morborum adiuuare naturam, & quando non opus sit. Considera (inquit) iudicationẽ,uel quę facta sit,uel quę fiat,& si inueias ipsam sine ullo defectu,& integre occurrisse,hoc enim est illud (ἀρτίως) nihil mouebis, neque quid noui instítues , hoc est nihil tentabis,sed sines,quod eo tempore natura non indiget

auxilio, cū ex se ipsa possit morbo resistere, preterea quoniam quies est melior operatione. φαρμακευ autem hoc loco uocat purgationem uel per clysterium, uel uomitum, vel per pharmacum, uel per quodlibet aliud aptum ad excitandum corpus ad excretionem.

QVÆ ducere oportet, quo maxime natura vergit, per loca conferentia eo ducere conuenit. 21.

CVM in superiori Aphorismo præcepisset Hip. ne moueamus ea, quę iudicantur, & integre iudicata sunt, nunc consequenter docet, si imperfecta fiat iudicatio, necessariam esse euacuationem, quonam vergit & per conferentia loca, vt si sit pituitosus humor uel melancholicus, & ad inferiora vergens, natura autem contendat, ut eum per intestina expellat, oportet modicum adiuuare naturam irritando uel clysterio, vel adiectione aliqua. Si autem bilis redundet ad superiora vergens & natura laboret, vt per os eiiciat, oportet medicum præparare medicamentum, quo vomitus excitetur, & hoc est (quo maxime natura vergit) si enim secus feceris, magnam perturbationem naturæ, laborem virtuti, periculum ægrotanti procreabis.

CONCOCTA medicari, atq; mouere non cruda, neque in principiis, modo non turgeant, plurima uero non turgent. 22.

SVPERIOR Aphorismus docuit nos rationem euacuandi humorem relictum in iudicatione, & per quæ loca, sed nequis simpliciter & , vt cōtingit, euacuet ipsum hic Aphorismus docet (concta medicari & mouere) hoc est quæ concocta sunt, medicus enim debet naturam imitari, & ut natura non prius excitatur ad euacuationem, quam concoxerit ma-

teriam, ita medicus non crudam, ſed concoctam materiam euacuare debet, ſi enim materia eſt cruda, non cedit medicamento purganti, & grauia fiunt accidentia, hac enim de cauſa dixit (in principiis) cruda enim materia ut plurimum eſt, in principiis morborum. Hoc autem (niſi turgeat) dixit propter ea quæ turgent in principio, hoc eſt maxime vrgent, hi autem ſunt peracuti morbi, reliqui autem non turgent.

DEIECTIONES non multitudine ſunt æſtimandæ, ſed ſi talia deijciantur, qualia conueniunt, & ægri facile tolerant. Atque vbi, vſque ad animi defectum expedit ducere faciendum, ſi æger poſſit tolerare. 23.

IN ſuperioribus Aphoriſmis de purgatione diſſeruit, in hoc autem aſſignat facilitatem tolerantiæ qua iudicemus excretionem. Deiectiones (inquit) non ſunt æſtimandæ multitudine, hoc eſt, ea quæ excernuntur, non oportet crebritate excernēdi, & copia eorum quæ excernuntur iudicari, ſed qua ratione hæc purgentur conſiderare, hoc eſt bene, uel male, patet enim excretioni humoris noxii ſucceſſuram eſſe facilitatem tolerantiæ ipſius ęgrotantis, ſi autem hoc non fiat, contrarium ſequitur. Deinde infert (atque ubi vſque ad animi defectum expedit ducere) nunc tranſit a purgatione ad euacuationem, ideſt ſanguinis miſſionem, in quibus autem uſque ad animi defectum ducamus, manifeſtum eſt eos eſſe, qui ardentibus febribus laborent, verum neque hos omnes, ſed eos, in quibus virtus eſt robuſta. Cur autem neque ad animi defectum in his euacuationem ducimus? quoniam ardentes febres ex humoribus putrefactis acceduntur. Duo autem quædam putredo habet, materiam putrefactam, & qualitatis malitiam, uerum vſq; ad animi defectum miſſus ſanguis & quantitatem materię diminuit, & extinguit qualitatem acutam & inflammātem, defectu autem animi refrigeratur corpus.

IN acutis passionibus raro,& in principiis, medicinis purgantibus vti,& hoc cum præmeditatione faciendum. 24.

ACVTOS morbos Hip. nunc vocat breues, qui breui mouentur,ardentes,& feruentem habentes materiam & calefactionem,passionem autem vocat morbum, licet improprie, φαρμακεύειν autem purgationem.in his igitur passionibus raro oportet vti purgatione,cum maxime laborent corpora ob facilem motum causæ facientis morbum, & materia sit cruda, sed & hoc dicit faciendum, cum prius recte iudicauerimus, si enim virtus est robusta,& fluida sint corpora, oportet purgare,si autem opposito modo res se habeat, immo etiam humor crudus supernatet in ventriculo,vel sæpenumero sursum attollantur humores,non oportet vti purgatione.

SI qualia oportet purgari,purgentur, confert,& facile ferunt.si contra,difficulter. 25.

SVPERIVS etiam hic Aphorismus pronuntiatus est, sed non eodem modo, illic enim de naturali euacuatione habitus est sermo,hic autem de artificiosa,in illo igitur Aphorismo,qui de naturali euacuatione tractat, exposuimus mentem Hip. quamobrem illud satis sit.

PHILOTHEI

COMMENTARIA IN SECVNDVM APHORISMORVM HIPPOCRATIS, LVDOVICO CORADO INTERPRETE.

IN quo morbo somnus laborem facit, mortale. si vero iuuat, non mortale. 1.



N præsenti Aphorismo secundæ sectionis docet indicationem sumẽdam a somno, ex qua licet intelligere vtrum salubris an insalubris sit morbus. In quo morbo igitur somnus laborem facit, & reliqua. labor vel læsionem significat vt hoc loco, vel gymnasium, vt labores cibos præcedant, vel dolorem, vt si duo dolores simul fiant. Rursus tempora morborum quatuor, principium, accessio, status, decessio, vel igitur in principio somnus laborem, idest læsionem facit, de quo ab Hip. non habetur sermo, non enim mortem indicat, quin potius fieri potest, vt soluatur morbus, cum nondum secuta sit extrema calefactio in partibus, quę calefaciendę sunt, & concussio ex motus humorum qui peccant. Restat vt vel in accessione, vel in statu, vel in decessione hoc sit, cum omnino alleuatio sequatur somnos in principio, sed manifestissima est vtilitas in decessionibus. Si igitur in his temporibus, & maxime in statu somnus læsionem faciet, mortale, quodam iure vnumquodque maxime conducit, si præterquam quod nihil cõducit, etiam offendat, mortem merito manifestabit. Hoc autem proficiscitur ex imbecillitate innati caloris, qui non potest superare causam morbum facientem. Postea sequitur, si autem somnus iuuabit, non mortale, & merito, ostenditur enim ex hoc bene concoctas etiam materiam.

VBI somnus delirium sedat, bonum. 2.

IN vniuersum habens sermonem dicebat Hip. vbi somnus læsionem leuat, non mortale, & quod illic asserebat, nunc confirmatur exemplo (vbi somnus delirium sedat, bonum) & hic quidem vt breuitatis studiosus grauissimi morbi hoc est delirii mentionem faciens manifestauit & reliquos morbos hanc eandem subire conditionem, hoc est inflamationem, febrem, dolorem. Si igitur somus sedet, bonum.

SOMNVS & vigilia, vtraq; si modum excesserint, malum. 3.

AMBO mala tanquã immoderata, verum somnus quidem & vt signum, & vt causa, vt signum quidem quoniam indicat multitudinem materiæ, & imbecillitatem uirtutis. ut causa auté, quoniam auget multitudinem, non permittens ipsam difflari difflationes enim in uigilia fiunt. Rursus uigilia & ut signũ & ut causa mala, ut signum, quoniam indicat siccitatem ut causa aũt, quoniam auget ipsam difflationem. Dubitant autem quidam qua ratione motus Hip. somnum longum appellauit, somnus enim longus, non sommus sed coma dicitur. Verum aliud est coma, & aliud somnus longus, coma enim non ex diuturnitate formam sumit, sed ex difficili expergefactione, somnus autem longus non ex dificili expergefactione; sed ex diuturnitate.

NON satietas, non fames, neq; aliud quicquam, quod modum excesserit, bonum. 4.

CVR satietatis & famis hoc loco meminit Hip. & nõ alterius oppositionis? vt calefactionis & refrigerationis. Vt redderet causam superioris Aphorismi, somnus enim generatur ex ciborum satietate. vigilia aũt ex nimia fame, ab his autem in vniuersalius transferens sermonem inquit, neq; aliud quicquã

bonum,quodcūq; naturę modum excedat, nihil enim bonum eſt,quod modum excedat.

SPONTANEÆ laſſitudines morbos prænunciant. 5.

SPONTANEAS laſſitudines vocat eas, quæ ſine cauſa manifeſta fiunt,ex his docet indicationem. Verum laſſitudo triplex eſt,tentionis,vlceroſa,& oſſea,prima,eſt, in qua totum corpus uidetur tendi,prouenit autem ex ſpiritibus flatuoſis,& quaſi tentione quadam afficientibus corpus, Altera ſenſum infert vlceris,generatur autem ex acuta & mordaci materia,tertia eſt ea,in qua videntur oſſa conteri, & hæc ab humore craſſo & terreſtri proficiſcitur. Hę igitur laſſitudines morbos prænuntiant, hoc eſt indicant,& admonent nos proximū eſſe morbum,interim enim quieſcit humor, qui eſt autor laſſitudinis. Poſterius autē obſtructus putrefit,et hinc graues morbi generantur.

QVICVNQVE dolentes parte aliqua corporis omnino dolorem non ſentiunt, ĳs mens aegrotat. 6

CONTINVVS eſt hic Aphoriſmus ſuperiori, in illo enim de læſione,quæ manifeſte ſentiatur,diſſeruit, hic autē de inſeſili ſiquis ægrotet non ſine dolore in quacunq; parte corporis dolorē non ſentiat,malum,oſtendirur enim affectum eſſe cerebrū,uerbi cā,ægrotus laborat eryſipelate uel inflammatione in femoore accedens medicus aggreditur ex arte curationē,cū aūt poſtridie uel ægroto uel alii accepiſſet eū in nocte nullū oīo dolorē ſenſiſſe, cū prius uehementius affligeretur,ut uix ferre poſſet,ſecū cogitat nunquid difflata ſit eiuſmodi inflammatio,uel in alium locum trauslata, & ideo merito fuerit doloris expers,cum autem,nihil eſſe horum intelligat, ſuſpicatur uel delirare hominem,uel deliraturum, hoc autem ſæpe, ideſt fere ſemper ſolet euenire.

QVÆ longo tempore extenuantur corpora, lente reficere oportet, Quæ vero breui, breuiter. 8

HOC loco admonet medicum, ut consideret in his, qui conualuerunt, morbum qui præcessit, vtrum fuerit diuturnus an breuis, hoc autem patet ex eo (in longo tempore & breui) si enim longo tempore extenuatum fuerit corpus, lente nutriendum est, hoc est longiori tempore: nam cum ex morbi diuturnitate cõtabuerint carnes, cõsecuta est imbecillitas solidarum partium, quarum opera fit absoluta concoctio, & distributio, & sanguinis generatio in animalibus, ut non possint tantum alimentum conficere, quanto corpus indiget. (si autem breui, breuiter) hoc est breui tempore copiosum nutrimentum exhibemus, in his enim, cum humidæ solum partes, exhaustę sint, solidæ, robustæ sunt, hoc modo igitur oportet confidere in robore solidarum partium.

SI quis a morbo cibum assumens non corroboratur pluri alimento corpus vti significatur. Quod si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet, quod indiget euacuatione. 9.

ET hic Aphorismus superiori cõtinuatus est, & ad eos, pertinet, qui conualuerunt, quod autem docet eiusmodi, est, quicunque appetentes, & crassum alimentum assumentes, ad pristinam sanitatem redire non possunt, plus cibi, quam opus sit, ingerunt, & ideo imbecilli sunt, potius enim grauantur, quam nutriantur, cum naturales facultates corporis sint imbecillæ, neque chyli generatio ratione fiat, neque sanguificatio, neq; nutritio, Quicunque autem cum non possint tantum cibi assumere, quãtũ satis est, imbecilli sunt, uitiosos habent humores, quos nisi euacuent, fieri non potest ut integra fruantur ualetudine. Corpora enim impura quanto magis nutries, tanto ma

gis lædes. Siquis autem dubitet, qua ratione non nutriantur, ſi appetunt, aſſerimus eos, appetere quidem quia virtus appetendi ſit robuſta, non concoquere autem propter imbecillitatem uirtutis alterantis, quæ impedit quo minus nutriantur.

CORPORA cum quiſpiam purgare voluerit, oportet fluida facere. 10

CONTINVVS etiam eſt hic Aphoriſmus ſuperiori, in illo enim dicebat, ſi non aſſumente cibum hoc accidat, euacuatione hominem indigere, ſed ne quis temere euacuet, & lædat ægrotantem, hoc loco monet Hip. oportere medicum, qui purgare voluerit, curare, ut facilis fluxus ſit in corpore, hoc autem fit duobus modis, uel attenuando materiam, uel dilatando loca. Oportet igitur, & ea quæ ſunt auguſta, relaxare, rare facere, meatus extendere, uaſorum os dilatare, humores craſſos & lentos, qui continentur in corpore, incidere & attenuare. Quibus rebus confectis & adhibito medicamento, humores transferuntur & trahuntur, ab eo, & optima fit purgatio, neque illi, qui purgantur, capiuntur uel torminibus, uel uertigine, uel inflammatione, uel exolutione, qui affectus ſolent iis, accidere, qui non ratione purgantur.

NON pura corpora quantó magis nutries, tanto magis lædes.

QVONIAM ingeſtus cibus una corrumpitur propter præ exiſtentẽ cacochymiã in corpore, quemadmodum enim pura aqua in cœno, ita fœdatur, cibus ut augeatur quidem ſecundum quantitatem, & hinc ſumitur ſcopus nutriendi.

FACILIVS eſt impleri potu, quam cibo. 11

OMNE enim nutrimentum ſiccum ut craſſius ęgre alteratur, & ægre diſtribuitur, humidum autem nutrimentum ut

alteratu facile, prompte etiam distribuitur, uerum potus non est intelligendus pro quolibet humido, quod per os assumitur, uerum (ut in libro de nutrimento dictum est) pro vino, quod est vehiculum sicci nutrimenti, nullum enim nutrimentum est inter omnia, quod facilius distribuatur, & quod vehementius possit colligere & confirmare virtutem dissipatam. Non solum autem vinum facile distribuitur, verum etiam faci le apponitur & hac de causa maxime nutrit & maxime uinum Flauum & amarum: hoc enim omnino optimum est. Sciendum autem est Hip. quoniam prius sermonem habuit de iis qui conualuerunt, idcirco duplicis materię ex qua reficiendi sunt mentionem fecisse.

QVÆ relinquuntur in morbis recidiuas fa cere consueuerunt. 12.

QVAE relinquuntur vocauit reliquias uitiosorum humorum, quibus quidem putrefactis necesse est febres accendi connectitur autem præsens Aphorismus illi, cuius initium (si uero non assumente cibum hoc accidat, scire oportet quod indiget euacuatioue) causam autem euacuationis, assignat, nam quæ relinquuntur in morbis recediuas facere consueuerunt.

QVIBVSCVNQVE crisis, id est, iudicatio fit, ijs nox grauis ante accessionem, quæ subsequitur magna ex parte leu or existit. 13.

DE futura iudicatione differit. iudicatio autem est certamē naturæ & morbi, uel subita in morbo mutatio, hanc iudicationem antecedens nox difficilis est. Vt enim atheta uel miles im pendente certamine perturbatur, & prius recte accingitur, cum secum cogitauerit, qua ratione inuadendi, vel declinandi sint hostes, ita natura prius turbarur, & excitat suas

ipsius vires ad expellendum & alterandum materiam facientem morbum, & hac de causa laboratur, verum in nocte, nam eo tempore non sine molestia somnus abrumpitur a turbatione. Vox autem quæ subsequitur plerunque facilior est, cum plures iudicationes faciliter absoluantur, neque natura defatigetur in expellendis superfluitatibus.

IN profluuiis alui mũtationes excrementorũ iuuant nisi ad mala mutatio fiat. 14.

HOC loco Hippo. tradit rationem cognoscendi, ut firmius discas, vtrum perfecta fuerit iudicatio, necne. Considerãda (inquit) est ĩmutatio excrementorum ventris, nunquid, cum diu flaua uel liuida excreta sint, nunc in meliorem partem mutari cœperint. & siquidem in meliorem partem mutationem inuenias, iudicabis nullum malum esse in corpore, quamuis fortasse eo tempore non subsequatur facilitas tolerantiæ, si autem excremẽta maneant eadem, vel in deterius mutentur, tũc malum est, etiam si fortasse non sequatur difficultas tolerãtiæ. Sciendum autem est hunc sermonem etiam uniuersalem esse posse, non solum enim conuenit in uentris profluuiis, uerum & in omni euacuatione.

V B I fauces ægrotant, aut tubercula nascũtur in corpore, excretiones inspicere oportet, si enim biliosę fuerint, corpus vna ægrotat, si vero similes sanis, tutum est corpus nutrire. 15.

IVDICATIO duplex, uel enim fit per excretionem, uel per abscessum, de iudicatione autem, quæ fit per excretionem, superius disseruit, cum diceret in quibusdam uentris ꝓfluuiis mutationes excremẽtorum conducũt. nunc aũt sermo est ei de ea iudicatione, q̃ fit ꝑ abscessũ. ubi (inqt) fames ægro-

tant,aut tubercula naſcuntur in corpore,conſiderandę ſunt excretiones), nam ex his poteris cognoſcere,vtrum per diſtributionem delata ſit materia,an per translationem , ſi enim facto abſceſſu feruntur excretiones bilioſę , patet per diſtributioné delatam eſſe materiam, & non eſſe abſolutum corpus hoc eſt nobiliores partes a cacochymia,verum adhuc ægrotare, quamobrem non eſt tutum nutrire , ſi autem excretiones ferantur ſimiles his,quæ ſecundum naturam,tunc intelligendum eſt omnem naturam per translationem deriuatam eſſe a nobilioribus partibus ad ignobiliores , tunc autem poſſumus tuto corpus nutrire.

VBI fames,laborandum non eſt. 16.

APHORISMVS hic ad ſanos attinet , non oportet enim exerceri & moueri illos, qui fame laborant , ne intendatur ſiccitas ratione gymnaſiorum, & ne eiusmodi motu uehementius reſoluantur virtutes.Siquis autem roget,quam vtilitatem afferat hic Aphoriſmus,in quo Hip.ſanorum meminit. reſpondemus Hip.non ſolum laborare,vt morbum tollat, verum etiam vt exiſtentem ſanitatem conſeruet . Præterea ſcire debemus,duplicem eſſe famem, eſt enim vel penuria cibi , cuius meminit Hip.in epidemiis his verbis(in oppido æno , qui ob famem leguminibus veſcebantur,crura debilitata ſunt)priuatio igitur neceſſarii hoc eſt cibi,fames dicitur.Eſt etiam fames inedia,cuius & hoc loco meminit. Animaduertendum eſt autem hunc Aphoriſmum etiam de ægrotantibus interpretari poſſet.

V BI cibus præter naturam ingeſtus eſt , hic morbum facit,oſtendit autem ſanatio. 17.

NVTRIMENTVM triplex,futurum nutrimentum. vt cibi,quaſi nutrimẽtũ,vt ſuccus,qui eſt in uentriculo,quod iã nutrit,quod quidem & proprie uutrimentum appellatur,cuius cauſa neruo appoſita ĩ naturã nerui tranſmutãtur,& muſculo in

musculi substãtiã,& venæ invenæ naturã Hoc igitur loco snĩa Hip.intelligenda est de omni genere nutrimenti, vbi cibus(inquit)vel qualitate vel quãtitate naturæ modum excedit,morbi,qui ex hoc fit,per contrarium curatio firmiorem nobis et tutiorem lædentis causæ cognitionem tradit.

EORVM quæ vniuersim & velociter nutriunt,veloces quoq; fiunt excretiones. 28.

SVPERIVS monebat Hip. facilius esse impleri vino quã potu,nunc vt diluat ea,in quibus dubitari posset,ostendit, quæ sint ea,que facile,& quę non facile impleant, cito enim (inquit)implent ea,quorum superfluitates cito excernuntur quorum autẽ sero,ea sero: verbi causa oportet inquirere vtrũ vna hora post exhibitum nutrimentum excernuntur excremẽta,an pluribus,& si vna hora post, sciendum numimentum illud facile alterari,si autem pluribus post, non facile alterari vniuersim quidem & velociter nutrit humidum nutrimentum,vt vinũ,& si quid eiusmodi vniuersim nutrit,hoc est breui tempore,Et velociter,hoc est breui tempore, postquã exhibitum est alteratum.Quæcunq; igitur vniuersim & velociter nutriũt, horum et veloces fiunt excretiones,quæ autem sero, contrario modo se habent,ventriculus enim primus fruitur cibis,ex ipsis trahens lucrum. Deinde postquã expletus est, ad excretionem superfluitatum excitatur

ACVTORVM morborum nõ omnino sunt certæ pronũtiationes salutis aut mortis. 29.

ACVTOS morbos vocat & qui breui tempore igrauescãt,& qui feruentem & ardentẽ habent caliditatem, & qui habent accidentia grauia,& (vt simpliciter dicam) qui ex bile generantur,sed hi vel æque in omnibus partibus animalis generantur,vt ardẽtes febres,vel in aliquo affecto,vt pulmonia, & angina, in his igitur acutis morbis non sunt omnio certæ prænuntiationes vel salutis, vel mortis, cum mutatio sit

in ipsis momentanea, & diffundatur in naturæ pernitiem humor horum autor morborum, vel humor lædens quandoque transferatur ex aliis in alia hoc est a nobilioribus partibus in ignobiliores, & ab ignobilioribus in nobiliores.

QVIBVS iuuenibus adhuc aluus humecta est, iis senescentibus exiccatur. Quibus vero iuuenibus adhuc aluus sicca est, iis senescentibus humectatur. 20.

IN iis qui ætate sunt consistenti humida fit aluus, vel ob refrigerationem existentem in ventriculo, vel ob robur excretricis facultatis, vel ob bilem confluentem in ventriculum & in intestina. Quibus autem iuuenibus humidæ sunt ob refrigerationem ventriculi, iis senescentibus siccæ sunt ob incrementum frigiditatis. Quibus vero iuuenibus humidæ sunt ob robur excretricis facultatis, iis senescentibus, siccæ fiũt ob imbecillitatem eiusdem virtutis. Verum quibus iuuenibus humidæ sunt ob affluentem bilem, iis senescentibus siccæ sunt, cum nõ amplius in ipsis generetur bilis. Rursus in iis, qui sunt in ætate consistenti sicca fit aluus, & ob caliditatem existentem in ventriculo, vel ꝙ non confluat bilis in ventriculum & in intestina, vel ꝙ distributio recte ac ratione fiat. Quibus autem iuuenibus alui siccæ sunt ob caliditatem, his senescentibus humidæ sunt ob frigiditatem, quibus vero iuuenibus alui siccæ sunt ob inopiam bilis, iis senescentibus humidæ sunt, non simpliciter autem, cum in ipsis bilis non generetur, sed quoniam a multitudine grauẽtur, quibus etiam iuuenibus humidæ sunt, cum ob iecinoris imbecillitatem distributio non recte fiat. Sciendum est autem humidum & siccum ventriculum dici nõ ratione substantiæ, sed excrementorum. Præterea sciendum est hunc sermonem esse de eo, quod vt in pluribus contingit.

FAMEM thorexis, idest vini potio soluit. 21.

FAMEM hoc loco appellat Hip. vehementissimam, &

quæ nunquam deficiat ciborum appetentiam, quam nonnulli caninam vocant, hæc autem duplicem habet causam, vel immodicam excretionem, vel frigidum humorem incumbentem ori ipsius ventriculi, qui frigiditatis, quidem ratione appetentiam excitat, dissoluit autem & obtundit concoctionem. & hac de causa copiosum nutrimentum assumunt, non concoquunt autem, & fame conficitur totum corpus. eam igitur thorexis idest vini potio soluit, tali enim victus ratione statim sedatur fames, diu autem nobis id facientibus tandem desinit, quoniam euaporetur materia famem faciens calefactione vini, vinum autem non accipiendum est pro omni vino simpl'r.

QVICVNQVE morbi ex repletione fiunt. curat euacuatio, & quicunq; ex euacuatione, repletio: & aliorum contrarietas. 22.

IN proximo Aphorismo Hp. particularem famis curationem præscribebat, in hoc autem vniuersalem habet sermonẽ. in vniuersum (inquit) omnis repletio euacuatione curatur, & econuerso, contraria enim contrariis curantur. Ad hæc autem refertur & medicinæ definitio, quæ est eiusmodi, medicina est adiectio & ablatio, adiectio quidem eorum, quæ deficiunt, ablatio autem redundantium.

ACVTI morbi in quatuordecim diebus iudicantur. Septenorum quartus est index, alterius septimanæ octauus principium, est autẽ & vndecimus contemplabilis, ipse enim quartus est secundæ septimanæ. Rursus vero & decimus septimus contemplabilis, ipse siquidem quartus est a quartodecimo, septimus vero ab vndecimo. 23.24.

HOC LOCO vltimum terminum acutorum morborum Hippocra. quartumdecimum diem assignat, acuti enim

morbi ex tenui & acuta materia generantur, quæ materia ratione quidem ſubſtantiæ habet vt facile diffletur, ratione autem acrimoniæ habet vt facile excorreatur, mordens enim & moleſtia afficiens naturam, excitat ipſam ad expellendum cõtraria, quæ ſunt in corpore, & ad ſuſtinendam iudicationem, ſubiicit ſeptenorum quartus eſt index, qua ratione? Quoniam decretorius eſt, ſi igitur quarto non fiat perfecta iudicatio, ſeptimo fiet, cum in ſummo virtus ſit imbecilla, & nou poſſit cito expellere cauſas morbum facientes, ſi autem ſeptimo non fiat perfecta iudicatio, in vndecimo perficietur, ſi autem & in vndecimo ĩperfecta, quartodecimo abſoluetur. Hi igitur dies indices ſunt & contemplabiles, indices quidem, quoniam indicant in morbo nondum futuram iudicationem: contemplabiles autem, quoniam ex ſuperioribus ipſos intuentes prædicimus. Sunt igitur hi quaternarii periodi, & quibus alii per continuationem nominantur, alii autem per interuallũ, in quo quidem non eſt idem finis quaternarii cum eiuſdem principio, quartus autem quaternarius rurſus per cõtinuationem. Vndecimus enim dies & principium, & finis nominatur. Si quis autem oſtendat acutos morbos quandoque, & decimotertio, & vigeſimo iudicari, ſciat hoc eſſe numerandum inter ea, que raro fiunt. Rurſus ſi quis aſſerat Hip. in pronoſticis docere quadrageſimum diem eſſe vltimum terminum acutorum, reſpondemus Hip. in eo loco ſermonem habere non de morbis ſimpliciter acutis, ſed de acutis ex decidentia, quorum ultimus terminus eſt dies quadrageſimus.

AESTIVAE quartanæ magna ex parte breues, autumnales autem longæ, & maximæ, q̃ hiemem attingunt. 25.

IN proximo Aphoriſmo tradebat Hip. rationem cognoſcendi morbos acutos, in hoc autem continuando chronicos (æſtiuæ igitur quartanæ) hoc eſt, quæ in æſtate generantur, breues ſunt, hoc eſt breui tempore magna ex parte durant, quoniam continentis caliditas attenuat materiam, rarefacit

meatus,

meatus,& difflat ipſam; Autumnales autem,hoc eſt, quę in autumno affligunt,longę, & maxime quæ hiemem attingunt ob refrigerationem, & quoniam condenſantur meatus a frigiditate,vel quoniam craſſior eſt materia.Si quis autem dubitaret qua ratione fieri poſſit, ut in æſtate generetur quartana,ubi eſt calefactio & difflatio,reſpōdemus, quantum ad tempus attinet non oportere generari, uerum in cauſa eſſe rationem victus,caliditas enim agens in craſſum & terreſtrem cibum,ut cramben,carnem bouillam, & alia id genus, generat humorem melancholicum,ex quo generatur quartana.

FEBREM conuulſioni ſuperuenire, quam febri conuulſionem, melius eſt. 26.

CONVVLSIO motus eſt inuoluntarius,qui fit in inſtrumentis, quæ ad electionem pertinent, fit autem uel ex multitudine, qua repleto cerebro & neruis ipſi nerui intenduntur,vel ex ſiccitate cuius gratia nerui ſimul augentur adinuicem, cum autem uel exiccentur, vel intendantur motum inuoluntarium faciunt.Melius eſt igitur(inquit Hip. conuulſioni ſuperuenire febrem quam econuerſo, nam febris interiores partes penetrans magna ex parte calefacit,& attenuat, & difflat humores conuulſionem generantes.Si autem febri ſuperueniat conuulſio(hæc autem eſt ex ſiccitate)malum, opus enim eſt curare ſiccitatem, non expectat autem tempus grauitas morbi, ſed quam primum reſoluit virtutem & celerem mortem infert.

HIS, qui non ex ratione leuitis ſe habent, non oportet confidere,nec multum timere mala quę pręter rationem eueniant,plurima enim talia ſtabilia non ſunt,neque multum durare & permanere conſueuerunt. 27.

HOC loci præcipit Hip.ne qualibet de cauſa vel confidat uel timeat his qui præter rationem alleuati ſunt nō opor-

tet confidere verbi causa, quem vehemens morbus inuaserit, postea statim remiserit euacuato corpore, vel per vomitum, vel per sudorem, vel per excrementa, vel per vrinas, vel per sanguinis eruptionem, sed neq; quãuis signa concoctionis, appareant, fidelem existimare oportet eiusmodi alleuationem, quę enim hac ratione eueniunt recidiuas facere consueuerunt (vt in aliis dictum est) Deinde addit (neque timere oportet, si quę præter rationem praua eueniant) verbi causa, quum quis difficilem habuerit respirationem sine ratione, vel delirauerit, uel magno rigore correptus sit, neque hoc stabile existimandum est, nõ enim oportet timere ea, quæ videntur quidem pernitiosa, vere autem non sunt, sed præter rationem eueniunt, interim enim nihil difficile significant.

FEBRICITANTIVM non omnino leuiter, permanere corpus, & nihil, minui, uel etiam plusquam ratio postulat contabescere, malum, illud enim morbi longitudinem, hoc vero imbecillitatem significat. 28.

NVNC autem ex habitu corporis tradit rationem cognoscendi (febricitantium non omnino leuiter, sed mediocriter, permanere & nihil minui corpus, malum) ostendit enim condensationem corporis, & crassitiem humoris, & propterea longitudinem morbi. (Contabescere plusquã ratio postulat, malum, hoc enim indicat tenuitatem humoris, & raritatem cutis, quod quidem pernitiosum est, nam ex hoc ostenditur uirtutis imbecillitas. Sciendum est autem, illud plus quam ratio postulat ad vtrunque referendum esse, & ad non minui corpus, & ad contabescere.

CVM morbi inchoant, si quid videtur mouendum moue, cum vero consistunt, ac vigent, melius est quiescere. 29.

HIC Aphoriſmus ad acutos morbos attinet, hæc eſt autem eius ſententia, conſiderandum eſt, an materia turgeat, & tunc euacuatione utendum eſt, & illud eſt(ſiquid videtur) ſi autem non turget, non euacuabis. Euacuationem autem hoc loco intelligit & ſanguinis miſſionem, & purgationem, uerum (ſi uidetur) in principio moueas, ut, natura inueniens modicã materiam, eam facile concoquat, & remoueat, in ſtatu autem quieſcere melius eſt, tunc enim natura in certamine ſuperauit materiam, & facta eſt concoctio, nec opus eſt auxilio medici. Alia autem ratione poſſumus aſſerere, in his morbis tenuem humorem ſubiacere, & qui facile turgeat, & facile moueatur, ideo quam primum expellandum eſſe a corpore, ne inordinato motu ad nobiles partes fluat, & graue malum efficiat. In ſtatu autem oportet quieſcere, quoniam in concoquenda materia occupata ſit virtus & vitalis & naturalis, vtraque enim harum eſt robuſta, cum virtus animalis, ualde laborauerit, ut in principiis, e conuerſo.

CIRCA initia & finis omnia imbecilliora, cum uero conſiſtunt, fortiora. 30.

EIVS qui ex ægritudine bene cibatur, nihil proficere corpus, malum. 31.

HIC Aphoriſmus ad eos attinet quæ ex morbo conualuerunt, hoc, autem patet ex eo quo dicit (ex ægritudines) ſi quis igitur copias ſit vſus nutrimento, & nihil profecerit eius corpus pernitioſum, quamobrem? Quoniam virtus appetendi non eſt naturalis acutus enim ſubiacet humor in ventricula, qui excitat quidem ipſam virtutem, verum ob infrigidationem non concoquetur nutrimentum, & tunc corpus non nutritur.

OMNES fere qui male habent circa initia

bene cibati nec quicquam proficientes, circa finem rursus cibum non appetunt, Qui vero circa initia non valde cibum appetunt, postea bene appetentes, ij melius euadunt. 32.

Hic etiam Aphorismus ad cóualescen tes attinet. Duo auté nobis hoc loco ostendit, quorum illud repellit, hoc uero laudat, quicunque (inquit) male habent, hoc est vitiosos, humores in corpore relictos habent, circa initia bene cibati, posterius cibum non appetunt, deterius euadunt. Hi autem contrario modo se habentes melius euadunt, quoniam illi, qui circa initia bene cibati sunt, robore appetentium partium bene cibantur, sed postea cum multitudine nutrimenti auctus sit vitiosus humor, qui est in corpore, læditur virtus appetendi, & hac de causa non appetunt, qua propter & deterius euadunt. ii autem qui circa initia nullo modo appetunt, hoc est, omnino pauca assumunt, & non appetentes non concoquunt redundante natura uitiosi humoris illlo tempore quo ægre cibantur, hoc autem concocto necessario circa finem bene cibantur.

IN quouis morbo bene mente constare, & bene se habere ad illa, quæ offeruntur, bonum contra vero, malum. 33.

HIC Aphorismus tradit nobis prædicendi rationem sumptam a nobilioribus, partibus, hoc est a cerebro, & a uentriculo. In omni morbo (inquit) mente bene constare, & bene se habere ad ea quæ offeruntur,. i. ad cibos, bonum. Hoc quidem mente bene constare bonum, quoniam & membranæ, & spinalis medulla, & septum transuersum, & omnes neruosæ partes, & maxime quæcunq; cerebro propinquæ sunt, omnino, recte se habere significantur. hæc autem bene se habere ad ea, quæ offeruntur, etiam bonum, cum & ventriculum, & iecur, & ipsum cor eodé modo recte se habere cognoscãtur.

IN morbis minus periclitantur, quorum naturæ, aut ætati, aut habitui, aut tempori magis congruit morbus, quam quibus secundum nihil istorum congruit. 34.

HIC etiam Aphorismus ad prædictionem attinet, hæc est autem eius sententia, quicunque morbi congruunt ꝑpriis, principiis minus habent periculi, quicunq; uero, nõ congruũt, sunt maxime periculosi. Vt exempli causa, si tertiana febris generetur in ætate declinante & in senectute, maius est periculum, ostenditur enim in his, hoc est, qui non congruunt vehementem esse causam, ut possit superare oppositionem, quæ est ex tempore, nam ex his, qui non congruunt, non possumus affirmare magnam esse causam, sed tantum demostrata est ad simile conuersio, quę facile fit, etiam si causa non sit vehemens, quæ conuersionem faciat. Eodem modo intelligendum est de natura & temperatura corporis, & de reliquis.

IN quouis morbo partes ad vmbilicum & imum ventrem attinentes crassitudinem habere melius est: multum vero extenuari & contabescere, prauum, sed & hoc quoque ad inferiores purgationes periculosum. 35.

HIC Aphorismus ad signa pertinet. Considera (inquit) in morbis ea, quæ sunt circa vmbilicum & imum ventrem, & siquidem hæc crassitudinem habeant, bonum, si uero extenuata sint, & contabuerint, malum. Sciendum autem est totam illam partem, quæ est a mucronata cartilagine ad pubis ossa, tres habere particulas, ex his quæ superius sunt, vocantur hypochondria, quę autem medium locum obtinent uocantur partes circa vmbilicum, quæ iacent in vltima parte, imus uenter. In omnibus igitur morbis partes, quæ sunt circa vmbilicum & imum ventrem, crassitudinem habere melius est, affe-

runt enim vtilitatem inferioribus partibus, quæ crassitudine sua calefaciunt, & cum hoc modo recte, se habeant, recte fit concoctio, cnm autem sint robustæ, melius seruiunt purgationibus. Extenuatas autem esse & contabescere, malum, oppositis de causis. si quis autem roget, cur Hip. tacuerit superiores purgationes tutas esse his, qui hoc modo sunt affecti, dicimus hoc tanquam manifestum esse prætermissum.

QVI salubritatem corporis habent per medicamenta euacuati exoluuntur, & qui prauo vtuntur cibo. 36.

HOC loco suadet Hip. ne corpus sanum purgātibus medicamentis purgemus, exoluuntur enim, quoniam in sanis corpus est equale, medicamentum autem adhibitum non inueniēs superfluitatem, quam euacuet, euertit corporis habitum, afficit autem primo spiritus, deinde humidas partes, postremo solidas, & hos quidem dissipat, illas aut difflat, solidas autem colliquat, cum autem hæc fiant, necessario sequitur defectus animi, & syncope. Præterea illi qui prauo utuntur cibo purgatione (inquit) exoluuntur, quoniam medicamentum accipitur a cacochymia, quæ acuta est ex prauo nutrimento, & incipit ipsam purgare. Ipsa igitur dum purgatur, & transit per nobiles partes & sensibiles cum sit acuta, & modax, molestia & morsu infert exolutionem. Prauum autem nutrimentum vel est sanguis ipse, uel exterior cibus.

QVI bene se habent corpore, difficulter ferunt medicationes.

IN eadem sententia est hic Aphorismus, sumere autem pharmacum idem est, quod purgari, bene autem, quod moderate. Difficile igitur est exhibere pharmacum iis, qui bene se

habent corpore, quamobrem? quoniam est superfluitatum pur gatio, si autem fiat in sanis corporibus, cum non inueniat propriam materiam, quam trahat, colliquat partes.

PARVM deterior cibus, aut potus: suauior autem, melioribus quidem, sed minus suauibus, est præferendus. 37.

HIC Aphorismus ad rationem victus attinet, hoc autem modo connectendus est. Paulo deterior & potus & cibus, suauior autem ægrotanti, melioribus quidem, idest, qui facile concoquantur, insuauibus autem ægrotanti est præferendus, nam non solum gratificamur ægrotanti in iis, in quibus graue damnum non subsequatur, vt iubemur in epidemiis, verum etiam ipse cibus vel potus maxime conducet, quod enim suaue est illis, quibus offertur, hoc amplecti & concoquere ventriculus consueuit, ab iis autem, quæ insuauia sunt, nauseare & reliqua mala generari consueuerunt.

SENIORES iuuenibus plurimum minus ægrotant, qui vero longi morbi ipsis accidunt, maxima ex parte comitantur ad mortem. 39.

HIC Aphorismus duas ad inuicem ætates comparat, consistentem & senilem (senes inquit iuuenibus magna ex parte rarius ægrotant) nam senes, cum prudentes sint, in cibo & putu temperantes, sunt, neque implentur iis, ex quibus multæ superfluitates generentur, ideo rarius ægrotant. iuniores autem vt imprudentes multo cibo implentur, & ideo in cruditates ratione plenitudinis incidentes facile & cito ægrotant. Postea subiicit, quicunque autem morbi ipsis, hoc est senibus accidunt longi, magna ex parte moriuntur ob imbecillitatem virtutis, quę non facile potest morbos concoquere.

RAVCEDINES & grauedines in ualde senibus coctionem non admittunt. 40.

SVPERIORIS Aphorismi tradit exemplum, nam raucedines & grauedines in valde senibus coctionem non admittunt ob inopiam caloris & imbecillitatem facultatum.

QVI FREQVENTER ac fortiter absque manifesta causa exoluuntur de repête moriuntur. 41.

HOC loco ostendit rationem cognoscendi mortem impendentem. Si quis inquit frequenter & fortiter sine occasione manifesta exoluatur, hic de repente moritur, nam si manifesta de causa exoluantur non moriuntur. Mulier enim quædam (vt Galenus affirmat) in quodam balneo continenter exoluebatur, quoniam vitiosa ligna accendebantur in balneo, quamobrem etiam defectum animi patiebatur, cum autem causa esset in prõptu, quę defectum hunc animi pariebat, exolutio illa non erat perniciosa. Si igitur sine manifesta causa exoluantur quidam, vel defectum animi patiantur, & frequenter, & fortiter, statim moriuntur, quoniam, & in his vitale robur valde imbecillum est, ideo facile quibuslibet de causis exoluuntur, & propterea de repente moriuntur, impedit enim cordis actionẽ moles quædam sparsa, idest humidum, vel siccum ipsi cordi incumbens. cum aut quæreretur causa (vt testatur Galenus) in dissectione corporis inuenta est tunica quædam superiacens ipsi cordi plena humiditate quadam fœdi odoris, quę quidem humiditas vitiosa illa qualitate corrumpebat semper & destruebat robur vitale, & hinc oriebatur affectus exolutionis.

SOLVERE morbum, quem apople-

xiam vocant, fortem, impossibile est, debilem vero non facile.

42.

APOPLEXIA est immobilitas & insensibilitas totius corporis cum læsione principalium actionum. Causa autem ipsius est humiditas pituitosa implens ventriculos cerebri, & impediens quominus corpus mouentur, vt nebula præcurrens impedit quo minus sol possit illustrare terram, ita hæc humiditas tanquam nebula obducens cerebrum prohibet ipsum ne communicet suam ipsius facultatem toti corpori, quod hac de causa manet sine sensu & motu. Est igitur Apoplexia duplex magna & parua, vtranque autem metimur mensura respirationis, quicunque enim maxima violentia respirant, & intermittentem habent respirationem, hi forti laborant Apoplexia, quam Hip. inquit nullo modo curari posse, cum magnopere lædat respirationem. Quicunque autem ordinem quēdam seruant in respiratione, his debilis est Apoplexia, quam & non facilem dixit, hoc est leuiter curari non posse. Si quis autem roget, quamobrem, cum omnes alii musculi in apoplexia immobiles sint, qui thoracem attollunt, illi frequenter moueantur, respondemus ipsos musculos ob necessitatem respirationis excitare ad opus facultatem, qua præditi sunt nerui. ii autem qui dubitant, cum apoplexia sit immobilitas & insensibilitas totius corporis. hæ autem priuationes sint, qua ratione contingit in priuatione assumere magis & minus, vt nobis liceat affirmare hanc quidem esse fortiorem apoplexiam. illam autem mitiorem, monendi sunt non esse omnino insensibilitatem & immobilitatem in his qui laborant Apoplexia, musculi enim mouentes thoracem cum omnino moueantur perfectã immobilitatem non faciunt.

Apoplexia cã

Apoplexia duplex

STRANGVLATI ac dissoluti nondum mortui non referuntur, quibus spuma circa os fuerit.

43.

SIGNVM assignat Hipp. eorum qui strangulati sunt, & dissoluti, hoc est qui strangulatione corripiuntur, & exoluuntur, vel potius qui moriuntur, nondum autem mortui sunt. (non referuntur illi, quibus spuma circa os fuerit) nam cum strangulati sint, comprimuntur nerui ipsius colli, & replentur vasa, quibus repletis manifestum est meatus obstrui, quibus obstructis, non excernuntur fuliginosa excrementa, & aer nō introducitur, qui quum non ingrediatur, non euentatur calor innatus, verum cum varie mouetur, nec possit erumpere ob eiusmodi obstructionem eodem tempore se ipse calidior factus spumam generat, cum spiritus in eiusmodi motu colliquent, & ampullent eam humiditatem, quæ illuc incidit. Hoc modo cum calor innatus cum non euentet ob ingressum exterioris aeris, neque excernantur fuliginosa excrementa, periculum est ne extinguatur.

QVI natura admodum crassi sunt, citius intereunt, quam qui graciles. 44.

VIDE quomodo Hip. probet omnino citius interire eos, qui a primo ortu admodum crassis sunt, quam graciles, vel quoniam imbecillus est in eiusmodi corporibus calor innatus, vel quoniam plenitudo subiacet pinguedini, & excrementitia humiditas, & condensatio superficiei, qua condensata non difflantur superfluitates, quæ non difflatæ colligũtur in profundo, illinc autem decedentes implent arterias & venas, quibus compressis, extinguitur calor innatus, & subsequitur mors. Graciles autem & ipsi moriuntur, rarius autem quam illi, cum non sint in ipsis tot superfluitates, vt calor innatus obruatur. Alio autem modo difflatur etiam in ipsis innatus calor, & ob gracilitatem, & quod corpus facile afficitur. Relinquitur igitur bene carnosos, hoc est temperatos, ad bonam & longam senectutem peruenire ratione mediocritatis.

QVICVNQVE iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione maxime ætatis,

& temporis, & locorum, & victuum quoque libe rantur. 45.

EPILEPSIA est conuulsio totius corporis cum læsione principalium partium. Pituitosus autem humor occupat cerebri ventriculos, & generat ipsum. Quoniam igitur magna ex parte a pituita generatur, recte Hippocra. dixit quibus iuuenibus remotionem morbi afferant mutationes maxime ætatis, & temporum, & locorum, & victuum. Cum enim transmutentur iuuenum ætates, hoc est puerorum, in calidiorem, & sicciorem temperaturam, maxime confert epilepticis affectibus. Eodem autem modo & temporum, & locorum, quando ægrotantes transferuntur in calidiorem, & sicciorem regionem. Præterea & mutationes victuum, quicunque videlicet calidiorem, & sicciorem efficiunt corporis habitum. Victus autem hoc loco idem est, quod ratio victus.

DVOBVS doloribus simul eundem locum infestantibus, vehementior alterum obscurat. 46.

LOCVS hic pro parte corporis intelligendus est, (si idem locus duobus doloribus excrucietur) verum hic si contingat in manu, ille autem in crure, vehementior alterum obscurat, quoniam sentiendi facultas tota abducatur, & abstrahatur ad id, quod vehementius est, si autem in vna parte resideant duo dolores, certatim augent molestiam, cum neuter eorum lateat ægrotantem. Obscurat autem hoc loco accipiendum est pro eo, quod est, adumbrat.

IN OMNI corporis motu, vbi quis laborare cœperit quies statim lassitudinem aufert. 47.

MOTVM hoc loco dicit Gymnasium siue Palestræ siue equitationis, siue cursus. in omnibus igitur eiusmodi motibus, quum quis incipit laborare, hoc est dolere, & defatigare partes, vt non possint amplius exerceri, his quies statim lassitudinem aufert. quiescentes enim ab exercitationibus lassitudinem non sentiunt, cum facultates in quiete recreentur.

DVM pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis quam confecto. 48.

DOLORES quidem, quoniam locus continens extendatur a materia ob ipsius effusionem, & ob spirituum resolutionem, vt ipsa non posiit contineri nisi ampliori & patentiori loco. Febres autem quoniam putrefactio, quæ est in membro faciente pus distributa per adiacentes arterias ad cor perueniat. Hæc quidem contingunt, dum pus conficitur. Confecto autem non amplius dolor neq; febris, iam enim attenuata est materia, & euaporauit multitudo spirituum concocta putredine.

QVI consueti solitos labores ferre, & si fuerint imbecilli, & senes non consuetis, fortibus, atque iuuenibus facilius ferunt. 49

HIC Aphorismus ad sanos attinet, hæc est autem eius sententia. sunt duo, hic quidem senex, ille autem in consistenti ætate, ambo incipiunt fodere, & huic quidem seni contingit recte fodere, illi autem, qui est in consistenti ætate, non recte, seni quidem ob cõsuetudinem recte, quanuis sit imbecillus, iuueni autem non recte, cum non assuetus sit. in vniuersum enim oportet cognoscere, fortiores aliis fieri partes, quæ exercentur, & hac de causa solitos labores facilius sustineri. Ex hoc autem particulari exemplo licet nobis & de omnibus ratiocinari.

QVÆ ex longo tempore consueta sunt, & deteriora sunt, insuetis minus molestare solent, oportet igitur ad insueta permutari. 50.

HAEC sententia vniuersalior est superiori, illic.n. de Gymnasiis solum agebatur, hic autem de paucitate cibi, & de repletione, & de calefactione & de refrigeratione. Quæ igitur longo tempore consueta sunt, quamuis deteriora sint, insuetis minus molestare solent, cum enim quodq; ipsorum factum sit peculiare, minus ledit, quanuis ex sua natura molestum sit, si nondum in consuetudinem venerit. Verbi causa, solitus est aliquis manna comedere, hic si ad bonum cibum sumendum cõuertitur, læditur, cum assaetus non sit, assuetus est aliquis aquæ potioni, si præter consuetudinem bibat vinum offenditur, quoniam consuetudine cõtemnitur. Oportet igitur ad insueta permutari, ut, si necesse sit, ea, quæ offeruntut ferre possimus, uetẽtem enim copioso nutrimẽto, oportet etiam parum cibi quandoq; assumere, ut si, contingat, ferat etiam illius usum.

PLVRIMVM atq; repente euacuare, vel replere, calefacere vel refrigerare siue quouis alio modo corpus mouere periculosum, Quoniam omne nimium naturæ est inimicum. Sed quod paulatim fit, tutum est, tum alias, tum cũ ab altero ad alteru m transitus fit 51.

QVONIAM in superiori Aphorismo docebat nos oportere & ad insueta permutari, nequis subitam mutationem intelligat, subiicit (multum repente uel euacuare uel replere periculosum, cum omne multum naturæ sit inimicum) natura enim in commoderatione consistit, & ea gaudet, fugit autem ea quæ modũ excedunt. Quo'd si contingat ipsam tranferri ad id, quod immodicum est, tutius est paulatim tran-

ferri quam plurimum: nihil enim mirum est paulatim et longiori tempore uti, uel calefacientibus, uel refrigerantibus, uel repletione, uel euacuatione, & non lædi hominem. illud autem (tum alias tum cum ab altero ad alterum transitus fit) idem est, ac si diceret, & maxime si a contrariis in contraria transferatur, si enim in his quæ sunt eiusdem generis id, quod est subitum, nocet, quanto magis nocebit in contrariis.

OMNIA secundum rationem facienti, si nõ succedat secundum rationem, non est transeundum ad aliud, stante eo, quod a principio visum est. 52.

HIC est sensus Hip. qui omnia ratione adinuenit, & ex iis non profecit, non oportet omittere id quod a principio uisum est, quamuis nulla manifesta utilitas appareat, ut enim gutta percutiente lapidem sensibilis tempore fit lapidis affectio, ita in affectibus, qui ægre concoquuntur, solet usuuenire.

QVICVNQVAE aluos humidas habent, si quidem iuuenes, melius commutant ijs, qui siccas habent, Ad senectam vero deterius commutant, nam senescentes magna ex parte exiccantur. 53.

HIC Aphorismus in superioribus recte interp̃tatus est, uerũ ut omnino uera sit sentẽtia, ideo apposuit magna ex parte.

MAGNITVDO corporis iuuentæ neq; indecens, neq; illiberalis est, senectæ vero inutilis, & deterior paruitate. 54.

MAGNITVDO triplici ratione dicta, est enim magnitudo proprie, quæ secundum longitudinem & profunditatem & latitudinem in amplius spatium aucta est. secundo loco magnitudo est quæ in sola longitudine maius spatium occupauit, tertio loco magnitudo est, quæ solum in latitudine et profunditate modum excessit. Cum igitur magnitudo tria cōplectatur, de magnitudine secundo modo accepta sermo habetur hoc loco ab Hip. hoc est de dimensione secundum longitudinem, hæc enim in iuuenta non est indecens, in senecta autem est inutilis & deterior paruitate, in iuuenta enim florente motrice facultate musculi spinales cōtinent spinam interius & exterius & extendunt, in senecta autē defatigantur musculi & faciunt curuitatem in anteriora solum, non enim in posteriora propter spinam. Quamobrem in iuuenta quidem non est indecens propter rectitudinem, in senecta autem inutiles & deformis ob curuitatem.

PHILOTHEI
COMMENTARIA IN TERTIVM APHORISMORVM HIPPOCRA. TIS, LVDOVICO CORADO INTERPRETE.

MVTATIONES Temporum potiſſimũ pariunt morbos, & in quibuſdam temporibus magnæ mutationes aut frigoris, aut caloris, & alia por ratione eodem modo. 1.



ROPOSITVM in preſenti lectione eſt Hip. de temperatura temporum, & de morbis, qui in ipſis graſſantur diſſerere, poſtremo de ætatibus. Primum igitur quod attinet ad tempora, Mutationes (inquit) temporum pariunt morbos, mutationes appellat eas, quæ in temperatura fiunt, alterationes temporum, ut quũ hiems mutet propriã naturam calidior facta, & rurſus æſtas non maneat calida, ſed frigidior fiat, ſciendum eſt autem mutationem hanc nunc in omnibus temporibus contingere, nunc in pluribus, nunc in uno tantum, quod & parit morbos ſi magnam mutationem contineat, ſi enim parua ſit mutatio' nullo pacto gignentur morbi. Mutationes temporum pariunt morbos, hæc eſt uniuerſalis ſententia de tranſmutatione temperaturę omnium emporum oſtendés in quibus & maxime contingat fieri morbos.

bos.(Et quibusdam temporibus magnæ mutationes) hęc est particularis sententia de vno & eodem tempore quod magnam mutationem suscipiens non leues & ipsum generat morbos.Hæc est autem causa, quamobrem in mutationibus generentur morbi,mutationes qualitatum aeris transmutant corpora,& hinc occasio fit morborum, in mutatione autem vnius temporis eodem modo,quoniam varrii generantur humores,& resoluantur facultates.

NATVRARVM hæ quidem ad æstatem, hæ vero ad hiemem bene, male, ve se habent. 2.

NATVRAM Hip.vocat hoc loco temperatnram. Temperaturarum autem hæ quidem ad æstatem, illæ autem ad hiemem bene malue se habent, & recte quidem se habent in æstate frigidæ & hnmidæ,caliditas enim & siccitas castigat earum exuperantiam,& ad temperiem reuocat, tunc autem male se habent calidæ & siccæ,quoniam simili temperatura intenduntur & in intemperiem incidunt. Rursus frigidæ & humidæ temperaturæ in hieme male se habent, quoniam accessio fiat ex simili temperatura.Calida autem & sicca temperatura bene se habet, cum ex altera oppositione reprimatur,& ad symmetriam perueniat.

MORBI quoque alīj ad alia bēne vel male se habent, & quædam ætates ad tempora,& loca,& victus genera. 3.

VT pateat.Hip. sententia,sciendum est bene & male duplici ratione dici,vel secundum generationem, vel secundum solutionem,quicunque igitur morbi generantur in ęstate bene se habent secundum generationem, male autem secundum solutionem ob redundantem causam, ipsi autem rursus

in hieme male se habent secundum generationem, bene autem secundum solutionem ob contrarietatem. Rursus in ęthiopia lcalidi morbi bene se habent secundum generationem, male autem secundum solutionem, ii autem in scythia econuerso, causæ autem dictæ sunt. Rursus calidi morbi in calidis quæ comeduntur, bene se habent secundum generationem, male autem secundum solutionem, in frigidis autem econuerso, sic quidem in morbis. Idem etiam intelligendum est de ætatibus, consistentes enim ætates bene se habent in hieme, quoniam ex frigiditate ad symmetriam ueniunt, male autem in æstate, quoniam augetur caliditas. Eodem autem modo & in regionibus, & in victus rationibus. Sciẽdum est autem Hip. sermonem habere de his ætatibus, quæ morbis obnoxiæ sunt.

IN temporibus quando eodem die modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet. 4.

FACILIS est Aphorismi intelligentia, in temporibus inquit, verbi gratia, vernis, si una die incipiente fiat caliditas, postea circa, tertiam horam frigiditas, medio autem die rursus caliditas, postea ex eo tempore rursus frigiditas, tunc autumnales .i. inæquales morbos expectare oportet, quoniam cum temporibus coincidunt etiam morbi.

AVSTRI auditum habetantes, caliginosi, caput grauantes, pigri, dissoluentes, quando huiusmodi tema pestas præualuerit, talia in morbis patiuntur. 5.

CVM particulatim disseruisset de temporibus, nunc de ventis pertractat, & primum quidem de austro: verum hic calidus est, & humidus, calidus quidem quoniam per combustam

zonam excurrat, humidus autẽ, quoniam caliditate sua rapiat tenui partium humiditatem. Cum igitur austri sint natura calidi & humidi, sit regnant, auditum habetantes, caliginosi, caput grauantes, pigrique & dissoluentes. Multa enim humiditate implent sensuum instrumenta, & capitis, grauitatem efficiunt, principio autem neruorum humectato necesse est & uoluntarias actiones segniores effici, & veluti in se ipso dissolutum apparere hominem. Dictum est autem (auditum hebetantes & reliqua, non quod ipsi dominentur his affectionibus, sed quod eiusmodi affectum causæ sint.

ATsi aquilonia fuerit, tusses, fauces alui duræ, difficultates vrinæ, horrores, costarum dolores, & pectoris. Quando hæc tempestas præualuerit, talia in morbis expectare oportet. 6.

BOREAS frigidus est, quoniam pertransit locum, qui autor frigoris est, si igitur aquilonia sit constitutio, & præualuerit, hoc est frigida sine aqua, & sicca, tusses fiunt, fauces siccæ, & reliqua, quoniam frigidus aer, qui imspiratur, asperam arteriam & pulmonem frigiditate percutit, & ex ea causa tusses excitat, cum voluntaria facultas sit impulsa ad expellendum, quod præter naturam est. Fauces autem, hoc est, quæ in faucibus fiunt affectiones, cum frigidus aer qui inspiratur primo immediate adhæreat faucibus. Sed etiam alui duræ fiunt, quoniam tunc superficies corporis refrigerata condensatur, & obstruitur calor innatus, cum igitur hic obstruatur, exiccatur excrementum quod est in intestinis, & hac de causa alui duræ fiunt. Difficultates autem vrinæ, horrores, quoniam etiam ipsa vesica percutiatur a frigiditate, quæ quidem cum sit neruosa, facile percipitur dolor, hoc enim est (horrores) sed & costarum dolores. ipsæ enim ut neruosæ, & partes quæ sunt circa costas & pectus a frigiditate verberantur, quæ sunt succingens membrana, & inter costes musculi.

ſunt ſuccingens membrana & inter coſtales muſculi.

QVANDO æſtas fit veri ſimilis, ſudores in febribus multos expectare oportet. 6.

CVM di ventis diſſeruiſſet Hip. qui ſunt præcipui, borea & hauſtro, nũc tractat de temporibus. Si æſtas inquit fiat ſimilis ueri, hoc eſt ęqualis ſemper naturę, ſudores in febribus multos expectare oportet, nam adſunt ea, quæ poſſunt generare ſudores, caliditas exterior continentis aeris, & rodundans in corpore humiditas. Sed quoniam ueris conſtitutio calidi tatis quidem cauſa trahit ad cutem humidum, impediente autem qualitate humiditatis non poteſt per vapores trahere, ideo non iniuria in febribus quodcunque humidum excernitur, ſudores generat.

IN ſiccitatibus febres acũtæ fiunt, & ſi annus magna ex parte talis fuerit, qualem fecerit conſtitutionem, tales plurimum morbos expectaré oportet. 7.

IN ſiccitatibus morbi quidem generantur acuti, breues autem, quoniam ſiccitas conſueuit efficere humores paucio res multitudine, bilioſiores autem qualitate. Sed ſi annus magna ex parte talis fuerit, magna ex parte etiam tales morbos expectare oportet, (ut monet Hip.) acutos & periculoſos, uel ex Ruffi ſententia peſtilentes, ut bubones, hæ enim affectiones ex ſiccitate proueniunt, in hac enim peſte (inquit ipſe in libia bubones in ipſis generabantur, & febres, quæ al tero quoque die & tertio quoque inuadebant. Si quis autem dubitet, qua ratione non ſubiacente humiditate bubones ex ſiccitate proueniat ſoluimus affirmantes) dominante ſiccitate diſſolui facultates, his autem diſſolutis, conſequi cruditatem, cum autem eſt cruditas, redundare ſuperfluitates, & hae

de causa bubonibus affigibiles, idcirco per accidens consecuta est humiditas.

IN constantibus temporibus cum tempestiue tempestiua redduntur, morbi constantes & boni iudicii fiunt. In inconstantibus autem inconstantes & mali iudicij. 8.

HOC loco Hip. sermo est de temporibus secundum naturam. constantes autem tempestates & tempora uocat Hip. ea quæ ordine seruauerunt proprium temperamentum (vt dictum est ab ipso in libro de aqua aere locis & regionibus): In autumno si aquæ descendant, & hiems neque valde serena neque frigore excedens, & in vere aquæ tempestiuæ pluerint, non vt in hieme, sed pro tempore, & in æstate propria sit caliditas, hic est constans annus. in eiusmodi igitur constantibus temporibus si tempestiue tempestiua redduntur, omnia ut temporaria pariuntur Præterea & qualitates continentis aeris moderatæ sunt, moderati uenti, moderatæ pluuiæ, constantes & optimi iudicii morbi generantur, hoc est qui facile iudicantur, cum natura vna cum facultaibus sit robusta, & in causiis morborum dominetur, maxime cum homines conuenienti victu vtantur. Præterea & morbi simplices sunt, & non habent varietatem, solum enim fiunt ob cruditates. Rursus autem in inconstantibus temporibus constantes & mali iudicii ob contrarietatem eorum quæ dicta sunt.

AVTVMNO morbi acutissimi atque exitiales maxima ex parte, ver autem saluberrimum & minime exitiale. 9.

Comparans ver autumno demostrat hunc quidem læta-

les morbos inferre, ver autem saluberrimum esse, quoniam inæqualis est autumnus aliquando dominante caliditate, aliquando vero frigiditate, & quoniam ipsa inæqualitas dissoluit vires, & quoniam varia in ipso generatur cacochymia, & ad interiora retruduntur humores in ipso. Ver autem saluberrimum & minime exitiale, hoc est raro, cum temperatum sit & in temperie robustæ sint facultates, quamobrem facile expellantur superfluitates a corpore, præterea cum optimam materiam generet ver, hoc est sanguinem. & huic materię omnia membra vna cum ipsa natura concoctionem & quietem quandam referant acceptam. Si quis autem dubitet, qua ratione autumnus, cum sit frigidus & siccus acutos morbos generet, dicimus flauam quidem bilem in æstate vberius generari, verum facilius etiam difflui, cum eo tempore rarior sit cutis, in autumno autem minus quidem generatur, verum id, quod ex æstate redundabat, manet, & non difflatur ob frigus continentis, cum autem non difflatur putrefit, & cum putrefiat acutas febres accendit. Illi autem qui rursus dubitatur, cum Hip. inferius doceat vere morbos melancholicos & furibundos generari, & reliqua, monendi sunt ipsam cacochymiam non in vere, sed in autumno & in hieme redundauisse, quæ propter condensationem exterioris aeris manet, & non difflatur his temporibus, postea in vere cum cacochymia caliditate afficiatur, facile funditur, & ex hac fusione morbi generantur, si enim in capite generantur melancholiæ & epilepsiæ, si autem in pulmone tabes & sanguinis fusio, quamobrem non est hoc causa, sed illa.

AVTVMNVS tabibilis malus. 10.

TABIDOS vocat eos qui qualibet ratione colliquantur & contabescunt, & quibus pulmo vlceratur: his quidem, quoniam eo tempore inspiratur frigidus aer, qui per-

cutit & affligit, & mordet pulmonem, percussione igitur & morsu perturbatur pulmo & in vehemētem tussim excitatur. præterea ob frigus continentis nihil alleuantur sed vehementius perturbantur, & ex perturbatione deiicitur natura & vires facile dissoluuntur, aliis autem, quoniam laxas habent carnes, facile tendit ad interiora frigiditas per inspirationem, & lædit calorem innatum.

DE TEMPORIBVS, siquidem hiems sicca & aquilonia fuerit, ver autem pluuiosum et australe, necesse est æstate febres acutas fieri, & lippitudines (græci olphtalmias vocant) & intestinorum difficultates, præcipue vero mulieribus & viris, qui natura sunt humidiores. 11.

SVPERIVS de vno tantum tempore pertractauit, hic autem de pluribus. Sciendum autem est conuersionem temporum fieri vel ad simile, vel ad dissimile. Hoc igitur loco supponit Hip. hiemem frigidam esse & siccam, ver autem calidū, & humidum. his sic habentibus, necesse est (inquit) æstate febres acutas & lippitudines generari, & reliqua, vz his qui naturales habent inclinationes ad hos affectus, hiems enim in summo frigida facta est, & ob extremam frigiditatem prostrauit facultates & interclusit cacochymiam collectam in corpore ab autumno, postea cum aduenisset ver calidum & humidum, liquauit materiam, & humectauit corpora propria humiditate, superueniente autem æstate calida & sicca, putrefacta est materia ab ea inuenta. Cum igitur distribuatur putredo per arterias & ad cor transmittatur, acutæ febres fiunt. Rursus ex putredine attolluntur ad caput vapores acres, & si quidem imbecillum sit caput, cum in ipso firmentur vapores, generantur, epilepsie, apoplexie, & vertigines. Sin autem robustum sit caput, vel expellit materiam in adiacentes partes,

& generat lippitudines, & aurium dolores, vel in remotas partes, quod si expellat ad respirationis organa, generat difficultatem respirationis, & tussim. Si autem in ventrem & in intestina generat difficultatem intestinorum, quæ vlcerantur acrimonia mordentium humorum. maxime autem mulieribus & humidas temperaturas habentibus hæc contingunt. si enim accusemus totam constitutionem vt putrefacientem corpora, patet putredinem in humidis esse corporibus. Si quis autem roget, quamobrem in vere hi morbi non inuaserunt, respondemus eo tempore potius ad temperiem tendere corpora, verum in æstate ob vehementem calorem statim cæperunt putreferi humores.

SI vero hiems haustralis & pluuiosa fuerit, ver autem siccum & aquilonium, mulieres, quibus partus ad ver inest, ex quacunque occasione abortiunt, quæ vero parient, imbecillos, & morbosos, quare vel statim intereunt, vel tenues et valetudinarii viuunt. Cæteris vero mortalibus difficultates intestinorum, & lippitudines siccæ fiunt, senioribus aũt distillationes, quæ interimũt. 12.

HOC loco supponit contrariam qualitatem illi quæ supponebatur in superiori Aphorismo. si (inquit) hiems australis fuerit, & pluuiosa, & serena, hoc est calida & humida, & purum habens aerem, ver autem qualidum, & aquilonium, hoc est frigidum & siccum fuerit, mulieres, quibus partus ad ver inest, ex quacunque occasione abortiunt, quoniam hieme virtutes exolutæ sunt ratione plenitudinis, & fœtus qui solent foueri calore matricis eos continentis, posteaquam superuenerit ver frigidum, & ad matricem peruenerit vis frigiditatis, percutiuntur ab ea. Percussus autem fœtus ægrotat, ægrotans calcitrat (nocet enim frigiditas & matrici & ligamentis) calcitrans au-

tem nimio motu dirumpit ligamenta & vincula, itaque mortuus agreditur, cum expulsiua facultas excitetur, & eiiciat fœtum. si autem viuus in lucem prodeat, vel statim (inquit Hip. moritur, cum primum senserit frigiditatem continentis, vel tenuis & morbosus viuit, ob eum affectum, qui ratione continentis primo eum afflixit. Aliis autem intestinorum difficultates, & lippitudines, calidis quidē natura & biliosis lippitudines siccæ, pituitosis autem difficultates intestinorum, quoniam hiems cum fuerit calida & humida repleuit corpus superfluitatibus. Abundantius autem cerebrum, cum autem superuenerit ver frigidum, exprimit humiditatem. quæ si delata sit ad oculos fiunt lippitudines, siccæ autem ob densitatem membranarum, condensantur enim ab aquilonis spiritibus, vel ob crassitiem humoris, & hac de causa non effluit lachrima. Si autē deferatur in ventrem, & in intestina, difficultates intestinorum generat ob acrimoniam causæ, in proposita enim constitutione salsa est pituita ob caliditatem, quæ est in hieme. senibus autem distillationes. Distillationem autem appellat eā fluxionem, que neque ad pulmonem, neque ad arterias, sed ad uenas & ad arterias fertur, ideo generans repletionem, resolutionem, vocis amissionem, & alios prauos morbos, cito interimit.

SI autem æstas sicca fuerit, & aquilonia, autumnus vero pluuialis & australis, dolores capitis ad hiemem fiunt, & tusses, raucedines atq; grauedines. quibusdam autem & tabes. 13.

CVM prius de hieme & vere disseruisset, nunc sermonē habet de æstate & autumno. supponit autem æstatem frigidā & siccam, Autumnum vero calidum & humidum. si hæc igitur ita se habent, dolores capitis ad hiemem, & tusses, & raucediens, & grauedines, nonnullis autem & tabes fiunt, nā æstas frigida supponitur & sicca, quæ quidem compressit materiam cum venisset autem autumnus calidus & humidus, quanuis es

diametro sit oppositus intemperiei æstatis, tamen & ipse auget humiditatem. Instante igitur hieme, natura frigida & humida, adhuc vehementius ingrauescit plenitudo, ex qua vapores ascendentes ad caput dolorem capitis efficiunt, si caput est imbecillum. Quod si robustum sit, expellit materiam, quę si deferatur ad asperam arteriam & ad pulmonem, generat distillationem. Si autem ad fauces & ad palatum, raucedines & tusses. Si autem ad nares, grauedines. nonnullis autem & tabes, iis maxime, quorum calidior est temperatura. Hi autem habent oblongum collum in modum crurium & angustum pectus. Fit autem in ipsis tabes quoniam habent pectus gracile, & facile afficiũtur ab ĩterioribus & exterioribus ab interioribus qdé, q̃m frigiditas facile penetrat ad thoracẽ, & eum percutit, ab exterioribus autem, quoniam subiacente plenitudine defertur ad pectus exhalatio, & lædit pulmonem, vt imbecillum, putrefit enim illic materia ingrediens, & vlcerat pulmonem, ex quo tabes generatur.

SI VERO aquilonius & siccus, iis qui naturam habent humidiorem, & mulieribus conferet. Reliquis autem erunt lippitudines siccę, & febres acutæ, & grauedines longæ. Nonnullis autẽ & atræ biles. 14.

IN superiori Aphorismo supposuit autumnum pluuiosum & australe, hic autem frigidum & siccum. Si igitur æstas est sicca, & sine aquis, autumnus autem frigidus & siccus, nonnullis humidas habentibus temperaturas, & mulieribus confert. Cõsumitur enim earum humiditas (vt dictum est in libro de aere aquis & locis) & perueniunt ad hiemem non laxati, sed exiccati. Reliquis autem, hoc est biliosis, lippitudines siccæ, & febres acutæ ob multam siccitatem, & grauedines longæ, quoniam summa siccitas prosternit virtutes, & ex nutrimento vapor ad cerebrum ascendens fertur ad nares per ossa emunctoria, & fiunt grauedines. Præterea & atre biles, his, qui naturales ad

has habent inclinationes, cum consumatur humiditas, hoc est sanguis optimus & tenuissimus, relinquatur autem crassus & terrestris, ex quo atra bilis generatur.

EX ANNI autem cōstitutionibus (quōd in totum dixerim) siccitates imbribus sunt salubriores, & minus mortiferæ. 15.

CONSTITVTIO a mutatione ita differt, quoniam constitutio quidem breuis est, mutatio autem longa, vt (exempli gratia) si septem diebus, (verbi causa) circūscribatur æstas, hoc autem toto tempore alteretur ad frigidius & humidius, mutatio fit. Si autem decem dies solum (verbi causa) ad frigidius conuertantur, quinquaginta autem æstatis temperaturam seruent, constitutio nominatur. Postea econuerso, si quinquaginta ad frigidius conuertantur, decem autem temperiem temporis seruent. Ex his igitur constitutionibus (inquit Hip.) siccitates ĩbribus sunt salubriores, & reliqua. In squalloribus enim superfluitates consumuntur, in imbribus autem in interioribus corporis partibus coaceruatæ, putrefiunt & graues morbos generant.

MORBI in pluuiarum multitudine magna ex parte fiunt, febres longæ, alui profluuia, putredines, morbi comitiales, epilepsiæ, & anginæ. 16.

HIC Aphorismus continuus est proximo, posset enim aliquis dubitare, qui sint morbi, quos generant, pluuiæ. vel quos generant squallores, ideo subiicit. In pluuiarum (inquit) multitudine febres longæ, & reliqua, nam pluuiarum multitudo pituitosum & flux ilem humorem generat. Hic humor vel putrefit in corpore, & diuturnorum morborum autor est, multa enim humiditas nunquam expellitur a corpore, nisi concoquatur, concoquitur autem vt humida, longos tempori

ſpatio. Vel manens non putrefactus, vergit in ventrem, & alui profluuia generat. ſi autem aſcendat ad cerebrum epilepticos & apoplcticos affectus parit, cum enim omnes cerebri vẽtriculos obſtruit, & apoplexiam generat, ſin autem non abſoluta ſit obſtructio, epilepſiam efficit. Non ſolum autem generantur alui profluuia, verum etiam putredines, hoc eſt difficultates inteſtinorum. Si autem hic humor non putrefactus deſcendat, alui profluuia, ſi autem putrefactus, difficultates inteſtinorum proueniunt. Anginæ autem fiunt, quoniam humiditas ſubiacet, quæ putrefacta & a cerebro expulſa in faucium muſculos, ibique impacta, & inflammationem pariens, anginam efficit.

IN ſiccitatibus autem, tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, vrinæ ſtillicidia, & inteſtinorum difficultates.

SVPERIVS commemorauit affectiones prouenientes ex pluuiarum multitudine, nunc colligit eas, quæ ex ſiccitatibus oriuntur. ex ſiccitatibus (inquit) fiunt lippitudines, tabitudines, & reliqua. Nam ſiccitas, vt calida & ſicca intemperies bilem generat, ipſa bilis cum ad pulmonem feratur, mordet, & affligit, qualem morbum Athenienſes tabem nominant. Non in omnibus autem, ſed in his, qui naturalem ad hanc habent inclinationem. eadem ratione etiam lippitudines generantur cum enim bilis feratur ad oculos, mordet irritat & vlcerat ipſos. Hinc lippitudines oriuntur. Nõnulli autem legunt tabidæ lippitudines, & cauſam hanc aſſignant, quoniam intemperies modum excedens proſternit virtutem, & vltro cõſumit humidum, quod in oculis continetur, præterea difflat ſpiritum, qui oculos regit, & hac de cauſa non nutriuntur oculi, ſed contabeſcunt, & hinc tabidæ lippitudines oriuntur. Articulorum autem dolores, quoniam ſiccitas deiicit facultates, quapropter nutrimentum ad articulos veniens, non concoquitur, cum autem non concoquatur, articuli fluxionem patiuntur & dolores articulorum generantur. Præterea vrinæ ſtillicidia, nam bilis adueniens, mordet, & irritat aſſidue veſicam, vt gutta

tim vrinam emitat, quæ autem ad illam perueniunt cum sint acria, etiam in intestinis eorum difficultatem generat.

QVOTIDIANÆ autem constitutione aquiloniæ quidem, corpora densant, contendunt, & bene mobilia, & coloratiora, & melius audientia faciunt, & aluos exiccant, & oculos mordent, & si pectus dolor aliquis obsederit, dolorem auget. 17.

NEQVAE hic nugatur Hi. (ut quidem dicunt) de uentis adhuc pertractans, superius enim de eorum malitia solum disseruit, hic autem commemorat & bona & mala, quæ ex ipsis proueniunt Quotidianæ autem constitutiones, & reliqua nā boreas, cū sit firigidus & siccus, cōsumit superfluitates, quæ sunt in corpore, & auget robur instrumentorum, comprimendo, & refrigerando, virtutes in officio continet, ipsas in se ipsis contrahendo. Cum autem dicat (bene mobilia) animales virtutes innuit, cum autem coloratiora, naturales. Hæc quidem sunt in aquiloniis constitutionibus. Sunt autem etiam leuia quedam mala, alui compressio, morsus ipsorum oculorum, & accessio dolorum, qui prius thoracem molestabant, Causæ autem horum superius dictę sunt, cum doceret Hip. si aquilonia fuerit, tusses, fauces, &, reliqua. Fortasse autē dubitabit quispiam, quomodo superius de uentis differens ab Austro incepit, hic autem ab aquilone. Verum sciendum est, cū salubrior sit Aquilo quam auster, uoluisse Hip. tragico quodā more de ipsis pertractare, hoc est de malis, quorū autores sunt & ideo ab hoc incepisse, vt in bonis superante, superius autem mala horum volens explicare, ab austro incepit, ut in malis superante.

AVSTRIVÆ dissolunt corpora, & humectant, auditum obtundunt, capita aggrauant,

& vertigines faciunt, oculis & corporibus diffi- cilem motum præstant, & aluos humectant. 17

HOC loco cōmemorat afectiones prouenictes in Austra libus, constitutionibus, sed harum causæ superius dictæ sunt, preterquā vertiginis, Est autem vertigo volubilis obtenebra tio, in eiusmodi constitutione, quoniam austri humectant cor pora. Ipsa igitur humiditas in modum vaporis fertur ad caput, & complicat seipsam cū animali spiritu, quem obscurat. Ani malis igitur spiritus cum non possit recta ferri, circunfertur, & circumuoluitur huc & illuc, & vertigines generat. Sciendum, autem est. Galenum existimare melius se habere sententiam Hip. si transponatur id quod in principio scriptum est, & pri- mum quidem sit (humectant) secūdo autem loco (dissoluunt), & aliorum unumquoq; faciunt, adiuuante etiam hac cali- ditate.

PER tempora anni, vere quidem & prima æstat: pueri, & qui hos sequuntur ætate, optime degunt, & sani sunt maxime: Aestate vero, & au- tumno vsq; ad aliquid, senes. Reliquum autumni & hieme, qui mediam ætatem habent. 18.

HOC loco docet Hip. tēperatas ætates resin temperatis tē poribus bene degere, intemperatas autem in inteperatis, me- dias autem in mediis. Pueri igitur & qui hos sequuntur ætate, idest adolescētes in vere, & prima æstate, bene dgeūt. Sed ado lescentes quidem, ut temperati & superfluitatibus, carentes, post pueros in vere bene degunt. Pueri autem prima çstate, quoniam eorum humor crudus consumitur. Rursus senes in æstate, & in principio autumni, bene degunt, quoniam frigidi sunt natura, & eorum frigiditas temperatur ab æstatis calidita te, & ineuntis autumni. Medii autem ætate, hoc est, qui sunt in statu, in reliquo autumno, & in hieme, bene degunt, quoniam

& maiorem et acriorem habẽtes calorem, ad temperiem reuocantur a frigiditate autumni, & hiemis.

MORBI quidem omnis, in omnibus temporibus fiunt, quidam vero magis in quibuſdam ipſorum, & fiunt, & excitantur. 19.

MORBI vel cognati ſunt temporibus, vel ab ipſis alieni, qui autem ſunt cognati fiunt in conuenientibus temporũ temperaturis alieni autem propter alia errata, quæ committuntur in uita vt propter rationem victus. Morbi quidem omnes in omnibus fiunt temporibus, omnes enim morbi in omnibus fiunt temporibus, ſed magis quidam in quibuſdam eorum, hoc eſt plures ſecundũ unumquodq; eorum & peculiares morbi fiunt, Rarius autem alieni, qui etiam augentur ſi prius exiſtunt, vt quartana febris viſa ẽ in æſtate ceſſaſſe, & intermiſiſſe, ueniẽte aũt autumno, & humoris ſemine inuẽto denuo excitata eſt.

VERE etenim furores, & atræ biles, & morbi comitiales, & profluuia ſanguinis, & anginæ, & grauedines, & raucedines, & lepræ, & tuſſes & impetigines, & uitiligines, & puſtulæ ulceroſæ plurimæ, & tubercula, & articulorum dolores. 20.

HIC Aphoriſmus eſt ut exemplum ſuperioris Aphoris. Poſſet enim aliquis dubitare, qui & quot, & quibus in temporibus fiunt morbi, oſtendit. Vere inquit furores, & atræ biles, & reliqua, & hæc eſt cauſa. Quidam in autumno, & in hieme vitioſo nutrimento cibati ſunt, & prauos ſuccos aceruauerunt, frigiditas autem hiemis eos in interiores partes retruſit, poſtea cum aduenerit ver temperatum exiſtens natura, ſolam fuſionem facit humoris collecti, fertur igitur in modum uaporis ad caput, & ſi quidem

pituitosus est humor, facit epilepsiam, si autem atrabilis, biles atras, & furores. Præterea uer quantum ad temperiem attinet non est morbosum, colliquatur enim in illo succus sanguineus, qui moderatus existens conseruat corpus sanum, si autem immutetur, uel secundum qualitatem alteratur, & gignit synochos, si autem secundum quantitatem sanguinis profluuia, siue per nares, siue per tusses, siue etiam ex pectore, generat autẽ & alias affectiones, ut anginam, quoniam multa copia sanguinis, quæ est in uere fertur ad musculos faucium, & inflammat ipsos, ex quo angina efficitur. Generantur etiam grauedines, cum materia deferatur ad palatum, & tusses, cum ad pectus. Præterea & lepras, & impetigines, & uitiligines, quoniam cum temperatum sit uer, robusta est uirtus, qua confirmata, expellitur ab interioribus materia, & si quidem pituitosa sit & putrefacta lepræ generantur, sin autem non putrefacta, uitiligines. Si autem materia fuerit atrabilaria, enascuntur ulcerosæ pustulæ, & articulorum dolores, cum bilis illuc feratur, & mordens excruciet, Sciendum est autem morbos ueris cognatos esse hos, sanguinis profluuium, anginam, & tussim: alienos autem atrambilẽ, furores, epilepsiam, & reliquos, qui continenentur in Aphorismo.

ÆSTATE autem horum nonnulli, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ febres plurimæ, & quartanæ, & uomitus, & alui perfluuia, & lippitudines oculorum, & aurium dolores, & oris vlcerationes, & Gentalium putredines, & sudamina. 21.

HOC loco narrat Hip. morbos cognatos, qui in æstate fiunt, & alienos, quemadmodum exposuit in vere, primo autem incipit ab his, qui sunt alterius generis asserens nonullos morbos, qui fiunt in uere, in ęstate etiam fieri. Principio quidem æstatis sanguinis profluuium, & continentes febres, quo-

niam

niam in summo sanguis exuberat: præterea & ardentes febres, & reliqui, qui sunt proprii morbi æstatis, quoniam eo tempore redundet humor flauæ bilis, etenim eadem ratione etiam hic generantur, preterea & vomitus, bile supernatante, & alui proflu a, eadem materia ad inferiora defluente, & oculorum lippitudines repleto capite. Aurium etiam dolores, & oris vlcerationes ob humorem biliosum. Præterea & putredines genitaliũ, et sudamina, & putredines quidem genitalium, quoniam hæ partes sint humidiores: humidum autem facile corrumpatur a caliditate: sudamina autem, quoniam eo tempore sudores multi biliosiores fiant, hi autem mordentes cutem, eam pruriginosam efficiunt.

AVTVMNO vero & plurimi morbi æstiui fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, aquæ intercutem, & tabes, & stillicidia vrinæ, & difficultates intestinorum, & leuitates, intestinorum & coxendicum dolores, & anginæ, & anhelationes, & ilei, & morbi comitiales, & furores, & atræ biles. 22.

CONSEQVENTER de autumno pertractat. Autumno (inquit) & æstiuorum multi, hoc est multi æstiui morbi & in autumno fiunt, & maxime in principio: quoniam magnopere dominetur flauæ bilis humor. Hi quidem sunt morbi alterius generis, ut tertianæ, ardentes, & horum similes. Fiunt autem in autumno & proprii morbi, vt quartana & reliqua. Et quartanæ quidem, quoniam eo tempore redundet humor melancholicus, ex quo generantur. Prætcrea & erraticæ ob inæqualitatem temporis, & humorum, & lienes ob excrementum melancholicum, cuius receptaculum est lien. Hic autem repletus transmittit ad iecur summam frigiditatem, & eius virtutem, quæ sanguiné facit, prosternit, vt non bene concoquat, cum igitur fiat cruditas generatur aqua inter cutem. Po

ſtea rurſus tabes ratione inæqualitatis, cum inſpiretur aer, nunc frigidus, nunc calidus. Aer autem frigidus ſua frigiditate exacerbat tuſſim, & diſrumpuntur vaſa, & hac ratione tabes. Et ſtillicidia vrinæ, cum cacochymia feratur ad interiores partes, & acrimonia moleſtiam afferat ipſi veſicæ, cuius expultrix facultas excitetur ad excretiones. Leuitates autem inteſtinorum, ob imbecillitatem virtutis continentis, quæ eſt in ventriculo, & inteſtinorum vlcerationes ex humoris acrimonia. Coxendicum autem dolores ob malum morem humoris, & ob frigiditatem, & anginæ, cum bilis feratur ad muſculos faucium ſed hic morbus eſt alterius generis. Et anhelationes, hoc eſt reſpirandi difficultates, quoniam materia feratur ad vaſa pulmonis, & obſtruat ipſa. Ilei autem quoniam ob humoris craſſitudinem obſtruatur exitus excrementis, vel quoniam inflammentur, morbi autem comitiales ob inæqualitatem, & furores, & malancholici affectus, quoniam redundet cauſa, ſed furores quidem a flaua bile, melancholię autem ab atra, quorum humorum vtrunque licet inuenire in autumno.

HIEME autem morbis laterales, & pulmonis inflammationes, grauedines, atque raucedines, tuſſes, dolores pectoris, & laterum, atque lumborum, capitis dolores, vertigines, & apoplexiæ. 24.

NVNC autem de Hieme diſſerit, ſuperius enim trium temporum mentionem fecit. Hieme igitur morbi laterales, & reliqua. Morbi laterales fiunt, & pulmonis paſſiones, & horum ſimiles morbi, quoniam organa inſeruientia reſpirationi, & (vt ſimpliciter dicam) partes neruoſę a frigore lędantur & hac de cauſa fluxionem patiuntur, grauedines, & raucedines, & tuſſes, & vertigines, quoniam in hieme abundet cauſa faciens ipſos morbos, quę eſt pituita frigida & humida. Cur autem Hip. tacuit multos vel nonnullos morbos, qui fiunt in

autumno, & in hieme fieri;fortasse quoniam voluit subintel-ligi aliquid eorum,quæ superius dicta sunt,etenim primæ partes hiemis communes sunt autumno.

IN ætatibus autem talia contingunt, paruis & nuper natis puerulis, oris vlcerationes, quæ aphthæ vocantur, vomitus, tusses, vigiliȩ, pauores, vmbilici imflammationes, aurium humiditates. 26. In progressu, cum Iam dentire incipiunt gingiuarum prurigines, febres, conuulsiones, alui profluuia, & maxime quum caninos edunt, & præsertim ĳs pueris, qui crassissimi sunt, & aluos duras habent. 25.

NVNC Hip.transfert orationem a temporibus ad ætates.in ætatibus autem talia contingunt, & reliqua .Et aphthæ quidem ob mollitiem organorum, quæ ferre non possunt qualitatem lactis, habet enim aliquid serosius, & morsu efficit vlcerationes in oris superficie, vomitus autem quoniam repente præter consuetudinem lac exugunt & nimia copia grauatur ventriculus neque concoquit, cum igitur lac non concoquatur euomitur. Tusses autem ob humiditatem corporis, vigiliæ autem, quonia aphthæ excruciant peruores, & vomitus eos perturbant,. Pauores autem scilicet post somnum, quoniam sæpenumero perturbantur in somnis tanquam sustinentes imaginationem, hæc est autem affectio oris ipsius ventriculi. Vmbilici imflammationes, quoniam, illa pars, in qua facta est incisio inflammetur. Aurium humiditates quoniam in ipsis abundet humidum. Huc vsque de prima ætate. In reliquis autem transit ad secundam ætatem, in progressu vero cum iam dentire cæperint gingiuarum purigines, & reliqua. Prurigo autem fit cum loci dolore :prouenit autem ex diflatione causæ, febres autem ob gingiuarum inflammationes,

conuulsiones autem ob cruditatem, & quoniam neruosum genus in ea ætate facile afficiatur, alui autem pro fluuia, cum nõ recte concoquatur nutrimentum ab intemperie inflammationis, & maxime quam caninos edunt dentes, tunc enim a dentibus perforantur gingiuæ, & affliguntur, hæc autem contigunt crassissimis puerorum, & aluos duras habentibus, plethorici enim sunt, & excrementis abundant.

CVM vero iam magis adoleuerint, tonsillæ & vertebræ, quæ in occipitio, ad interiora luxationes, crebri anhelitus, quos græci asthmata vocant, calculi, lumbrici rotundi, ascarides, verrucæ, quas græci acrochordonas vocant, satyriæ, strummę, & alia tubercula, sed præcipuæ antedicta. 26.

DE tertia ætate puerorum, qui iam adoleuerint, disserit, quæ quidem ætas media est inter illos qui iam dentes ediderunt, & inter eos, qui pubertati sunt proximi, docentes eorum affectiones, quæ quidem sunt tonsillæ & reliqua, & tonsillæ quidem sunt inflammationes partium attinentium ad isthmum, quoniam his immineat caput humidum, quod facile has partes fluxione afficiat. His igitur partibus abundantibus pituita fit inflammatio, vertebræ quæ in occipitio luxationes ad interiora, quoniam cum his partibus contrahuntur nerui, & ex neruis ligamenta, & ex his cõtenduntur vertebræ, Anhelitus autem, quoniam sanguis fluit ad riuos & cauitates pulmonis, & angustum reddit spiritum. Anhelitus autem sunt crebræ respirationes, quæ contingunt currentibus. calculi, quoniam ob edacitatem humores crudi concernantur, lumbrici autem rotundi et ascarides ob materiæ putrefactionem, calidi enim sunt, & ex edacitate abundantes excrementis Ascarides autem sunt tenues lumbrici. verrucæ autem & strummæ, & aliæ pustulæ, quoniam hæc ætas fœcunda est malis

humoribus qui quidẽ,cum facultas expultrix fit robusta, trahuntur ab illa ad superficiem,& hoc modo fiunt hi affectus, uocat autem ipsos phymata ducta metaphora ab iis, quę enascuntur e terra, quoniam cito generantur, & augentur, & supurantur.

GRANDIORIBVS autem iam accedentibus ad pubertatem plurima ex his, & febres diuturnæ magis,& ex naribus profluia sanguinis. 27.

HOC loco sermonem habet de quarta ætate, hoc est de pubertate, fiunt autem existentibus in hac ætare & proximis plurima ex his,hoc est superiorum ætatum,quæ sunt lumbrici rotundi,& calculi,quoniam,& eadem materia hoc tempore subiacet,præterea & febres longæ, quoniam materia crassa subiiciatur, & facultates cum non sint robustæ, non possint resistere morbi diuturnitati, sanguinis autem ex naribus profluuium in eius modi etatibus affligit,quoniam eo tempore talis humor incipit redundare.Cur autem tunc vberior fit,quam in superioribus ætatibus, facile est explicare, nam non consumitur tantum sanguinis in augenda mole corporis in hac ętate,quantum in illis,quæ superius commemoratæ sunt. Minus enim incrementi fit in hac ætate quam in illis.

PLVRIMÆ autem passiones puerulis iudicantur. nonnullæ quidem in quadraginta diebus,nonnullæ in septem mensibus,nonnullæ vero in annis septem,quædam vero iam ad pubem accedentibus. Quæ vero permanserint, nec in pubertate finierint puerulis,aut fœminis cum men-

trua erumpunt consenescere consueuerunt. 28.

PVERORVM nomine superius dictas ætates complectitur, horum igitur plurimas passiones & diuturnas inquit Hip. has quidem quadraginta diebus iudicari, & reliqua. Sciendum autem est iudicationes morborum a primo die vsque ad vigesimum per quaternarium numerari, aliquando quidem per interuallum, aliquando autem per continuationem. A vigesimo autem die vsque ad quadragesimum per septimanæ rationem eadem ratione, quicunque autem numerum hunc excedunt, secundum septimanæ hebere iudicationem non amplius septem dierum, sed mensium, postea annorum. In quadraginta igitur diebus iudicantur, hoc est, soluuntur, quoniam quadragesimus dies decretorius est longorum morborum, vltimus autem terminus acutorum, qui sunt ex decidentia. Si autem hunc diem excesserint, in septem mensibus, vel septem annis, uel etiam vsque ad pubertatem peruenientes, soluuntur, quoniam tunc fit magna mutatio caliditatis & ætatis, quæ caliditas efficit, fusionem, & abolitionem causæ facientis morbum. In mulieribus autem per menstruorum eruptiones. Sciendum autem est mutationem omnem ætatis mutationem quoque & conuersionem corporis efficere: quæ quidem mutatio, in nonnullis ætatibus est insensibilis, in pubertate autem manifesta. Quæ vero permanserint, nec in pubertatem finierint in puerulis. In mulieribus autem, cum menstrua eruperint, consenescere consueuerunt, & merito, quod enim natura non potuit facere, nec liberare ipsos ab affectionibus, multo minus ars faciet etiam si remediis vtatur.

IVVENIBVS autem sanguinis spuitiones, tabes, febres acutæ morbus comitialis, et alij: sed præcipuæ antedicti. 29.

ADOLESCENTVM ætatem relinquens, vt quæ

posfit eiusmodi morbis occupari, cum media sit inter pubertatem & consistentem ætatam, de consistentibus differit. iuuenibus autem sanguinis spuitiones & ob ruptionem, vasa enim in ipsis disrumpuntur, & quoniam superioris ætatis retinent temperaturam, adhuc enim habent & ipsi copiosum sanguinē, qui ob nimiā copiā erumpit, præterea erosiōe flauæ bilis redundantis in ipsis, vel ob eorum studia. Tabes autem ob sanguinis spuitionem. febres acutæ ob putrefactionem redundantis in ipsis bilis. epilepsiam autem non ob temperaturam ætatis, sed ob erratum quod committitur in ratione victus, vel ob bilem, fit autem & epilepsia ex flaua bile quemadmodum dictum est in libro de arte cognoscendi, cum mordeatur os ventriculi, & vasa perturbentur vna cum ipsorum principio. Generantur autem in ipsis etiam alii morbi, hoc est quicunque prouenıunt ex flaua bile, vt morbi laterales, phrenitides, & maxime ii, qui dicti sunt, qui? affectiones, quas ipse enumerauit, vʒ sanguinis spuitiones tabes, & reliqua.

VLTRA hanc ætatem asthma, hoc est creber anhelitus, morbi lacerales pulmonis inflammationes, lethargi phrenitides, ardores, diuturna profluuia, choleræ, difficultates intestinorum, lenitates in testinorum, hęmorrhoides. 30.

CVM Hip. de consistenti ætate disseruisset, nunc peruenit ad declinantem, docens in hac generari morbos laterales, pulmonis inflamationes, & merito, similis.n.est hęc ætas autūno, vt.n.in illo magis redundat humor melancholicus, minus aūt pituitosus, conseruatur aūt & in his humor biliosus, qui in consistentibus redundat, fiunt igitur morbi in hac ætate (inquit Hippocra.) ob flauam quidem bilem, ardentes febres, cholerę, morbi laterales, phrenitides, ob humorem autem melan-

cholicum & quartanæ. verum ob pituitam pulmonis inflammationes, alui profluuia, asthmata, & reliqua. Hæ quidem affectiones quomodo generentur, in superioribus dictum est. Restant humorrhoides, fit autem hæmorrhois cum materia ad inferiora feratur, & aperiat venas, quæ sunt circa sedem, quæ quidem declinantibus conducit. Sciendum autem est consistentem ætatem circunscribi annis trigintaquinque declinantem autem, annis triginta nouem.

SENIBVS spirandi difficultates, distillationes cum tussi, vrinæ stillicidia, vrinæ difficultates articulorum dolores, renum passiones, vertigines, apoplexię, mali habitus, pruritus totius corporis, vigiliæ, alui, oculorum, & narium humiditates, visus obtusus, auditus graues. 31.

DE VLTIMA ætate, sermo est, quæ est seniorum, in hac autem (inquit Hip.) generantur morbi, difficultates spirandi, distillationes cum tussi & reliqua. difficultas spirandi est, quoniam humor pituitosus redundans in ipsis confluit ad pectus, & quoniam partes sunt imbecilles. distillationes autem cum tussi, hoc est diuturnę cum enim dixit (cum tussi) hoc est diuturnæ, innuit causam, prętera & vrinæ stillicidia, & difficultates vrinæ ob imbecillitatem virtutis continentis, quæ est in vesica, & ob pituitam obstruentem meatum. Præterea & dolores articulorum, quoniam ægre moueantur partes neruosæ, quæ sepenumero refrigerantur, & nephritides, quod manifestat cum dixit, vel renum dolores, vel calculi. fiunt autem hi quidem quoniam ab humore crasso renes obstruantur, calculi autem, quoniam humor sit valde crassus, & crudus, fiunt aũt & vertigines, hoc est motus præter ordinem circa caput ob spiritum, qui quidem vel in cerebro generatur, vel in ventriculo & illic circumuoluitur. Preterea & apoplexiæ, quoniam impleatur cerebrum pituitosis excrementis, malus autem habi

tus ratione nutrimenti, quod per totum corpus delatum non cōcoquitur ob ībecillitatem virtutis. Malus autem habitus est, cum corpus quodam modo non nutritur, qua propter & rugas contrahunt, & prauum colorem habent. Rursus autem & pruritus totius corporis, quoniam corumpatur pituita, & salsior feratur ad superficiem corporis, eadem de causa psoræ, & lepræ & alphi, vigiliæ autem in ipsis sunt, & propter solicitudines, & propter corporis siccitatem. Vētris & oculorum, & aurium humiditates, hæc quidem ob cruditatem, hæc autem, quoniam non fiat multa distributio, hæc autem ob superfluitates cerebri. Visus obtusus, auditus graues ob debilitatem sensitiuę virtutis, glaucedines autem (quæ quidem est species suffusionis) ob imbecillitatem, quæ est in oculis.

PHILOTHEI

COMMENTARIA IN QVARTVM APHORISMORVM HIPPOCRATIS, LVDOVICO CORADO INTERPRETE.

VTERO gerentes medicandæ sunt, si materia turget, quarto mense, & vsq; ad septimum, sed has minus, iuniora autem & seniora vereri oportet. 1.



OC loco tractat de purgatione vtero gerentium, & docet, quando eas oporteat purgare. vtero (inquit) gerentes medicandæ sunt. medicari est purgare, turgere uero moueri. Si igitur materia turget oportet purgare, ne quodã modo materia cõfluens ab ignobilioribus partibus ad nobiliores magnũ incõmodũ pariat. minus aũt, hoc est nõ ad ꝑportionẽ materiæ ob ĩbecillitatẽ, q̃ ꝑuenit ab uteri onere, ne quis autem temere utatur purgatione, apposuit, quartum mensem, quoniam eo tempore fœtus exquisite alligetur matrici, ut etiã uehementiores motus sustinere possit mulier utero gerens sine læsione embryonis. in primis quidem & in ultimis mẽsibus non oportet purgare (ut inquit Hip.) iuniora autem & seniora uereri oportet, in primis quidem mensibus, ꝙ infirma sint uincula, & nondum firmiter alligatus sit fœtus: in ultimis autem, ob imbecillitatem facultatum, & grauitatem eius quod in utero geritur. Sciendum est autem Hip. uocare eas iuniores, a primo mense usq; ad quartum, medias autem a quarto usq; ad septimum, seniores autem a septimo usq; ad nonum.

IN medicationibus talia a corpore educere, qualia & sponte prodeuntia vtile. Quæ vero cõtrario modo prodeunt, cohibere oportet. 2.

CVM docuisset tempus purgationis in vtero gerentibus, nunc etiam docet, qualis humor purgandus sit. in medicationibus (inquit) talia educere, & reliqua. natura, quum erit robusta, & dominabitur, euacuabit humorem peccantem, si autem subest dispositio præter naturam, non omnino peccans humor euacuatur. quamobrem, illic quidem facile ferunt, hic autem non facile. reliquum est igitur vt ea quæ excernantur dominante natura, & vtilia sint, & spontina vocentur, vtilia quidem, quoniam euacuatur id, quod superfluum est, spontina autem, quoniam excernuntur sine opera medici. Quæcunque autem præter naturam ipsam excernũtur, reliqua desiderãtur.

SI qualia oportet purgari, purgentur, confert & leuiter ferunt. 3.

ORDINE quodam appositus est hic Apho. in proximo enim docebat euacuationem fieri, vel naturaliter, vel artificiose, vel violentia symptomatis. Cum enim diceret (in medicationibus) artificiosam ostendit euacuationem, cum autem (spõte) naturalem. cum autem contrario modo, eam quæ sit violentia symptomatis. hoc loco demonstrat signum harum euacuationum & harum quidem facilem tolerantiam, illarum autem difficilem.

MEDICARI æstate superiores magis, hieme vero inferiores. 4.

SVPERIORES ventres manifestum est æstate purgari oportere, quoniam in æstate generetur bilis, quę quidem vt tenuis & leuis fertur ad superiora. Hac igitur de causa superius quoniam superior est bilis, hieme aũt inferiores, qm̃ eo tempore redũdet pituita, quæ quidẽ cũ sit grauis, & ad inferiores par

tes vergant,ideo inferiores purgationess faciendæ sunt, educendus est enim quilibet humor per conuenientia loca. Sciendum autem est Hip.appellare superiores ventres stomachum & superiorem partem ventriculi,inferiores autem inferiorem partem ventriculi & intestina.Si quis autem roget, an in ęstate aliquando vtamur iis, quę aluum subducunt, hieme vero iis,quæ superiores ventres, respondemus hoc fieri, sed rarius, illud vero frequentius,in æstate quidem potius vtimur iis quæ vomitum prouocant,minus vero his,quæ aluum subducunt,in hieme autem contrario modo.

SVB cane et ante canem difficiles sunt medicationes. 5.

ALIVD est ante canem,& aliud sub cane,ante canem quidem dicuntur viginti dies ante ortum canis, oritur autem canis decimonono iulii.iis igitur temporibus (inquit) difficiles sunt medicationes, hoc est ægre tolerantur,nam eo tempore imbecilla est virtus ob magnos calores,ideo timendum est, ne exoluatur purgatione.Præterea etiam, quoniam calor continentis incenditur,& febricitant multi.Pręterea & bibitum medicamentum,calidum est & acris materia, timendum igitur,ne tuta non sit purgatio,cum igneus sit calor,& magna intemperie corpus laboret,præterea quoniam inuicem pugnant medicamentum, & aeris constitutio, hæc enim ad superficiem trahit materiam,illud autem ad interiora reuocat,quamobrem timendum est, ne quodā modo pugnantibus natura dilaceretur.

GRACILES & facile vomentes,purgare superius,cauentes hiemem. 6.

NVNC ex habitu corporis sumit indicationem naturalis præparationis, & admonet medicos, vt superius purgent graciles & facile uomentes,quoniā eiusmodi habitus sunt magna ex parte calidi & sicci ob humorem biliosum in ipsis redūdantem,superius igitur purgationem iubet fieri nisi hiems sit, tunc enim ad inferiora descendunt materiæ.

VOMENTES vero dificulter, & mediocriter carnosos per inferiora, cauentes æstatem. 7

TABIDOS vero cauentes ad superiora purgationes. 8

SI enim est mediocriter carnosus, & difficulter uomat, nõ tamen exquisite, in hoc redundat humor melancholicus & pituitosus, & ideo inferius vacuare oportet, proposito antem nobis exquisite carnoso, si hic hoc modo sit dispositus non indiget purgatione, cum sit in æqua humorum proportione. Hoc autem (tabidos cauentes) ad superiorem Aphorismũ refertur, illic enim dicabat, graciles & facile uomentes superius purgare, hic autem apposuit decreti gratia (tabidos cauentes) ob imbecillitam organorum, quæ inseruiunt respirationi, si quis autem in hoc Apho. dubitet, cur Hip. nõ addidit, difficulter autem uomentes, & pingues, sed mediocriter carnosos. Dicimus Hip. reliquisse hoc tanquam superius dictum, hos enim inferius purgare, quoniam in ipsis redundat humor pituitosus.

MELANCHOLICHOS autem pleni us per inferiora eadem ratione contraria opponentes. 9

PLENIVS vehementius significat, vehementius igitur iubet melanchonicos inferius purgari, quoniam in ipsis redundans humor crassus & terrestris ad inreriora uergat, ex particularibus autem in uninersalia transfert orationem, cum inquit eadem ratione contraria opponentes, hoc est si superius est materia, superius oportet euacuare, si inferius, inferius, & rursus, si leuis est materia ad superiora educenda est, si autem grauis, ad inferiora.

MEDICARI in valde acutis si materia

turget eadem die: tardare enim in talibus malum est. 10

VALDE acutos nominat peracutos, quorum ultimum tempus non vltra quartam diem extenditur, si igitur in his (inquit) materia turget, hoc est incitatur & mouetur, tanquã huc & illuc circum errans, eadem die purgatio faciẽda est, hoc est, statim in principio, & non est, expectandus secundus aut tertius dies, ne maxima caliditas febris præueniant in exoluenda uirtute, & ne materia in principalem partem declinet, & humores, qui sunt per corpus sparsi.

QVIBVS tormina, & circa umbilicum dolores, et lumborum dolor, qui neque a medicamẽto neque aliter soluuntur, in aquam intercutem siccam firmantur. 11

HIC Aphorismus tradit rationẽ cognoscendi symptomata, quæ adsunt, & prædicendi ea quæ futura sunt. Si (inquit) circa umbilicum & intestina, tormen & dolor circa lumbum ẽ, non soluitur autem purgatione, uel aliter, hoc est aliis remedis, cognosce habitualem quandam intemperiem esse in illis partibus, quæ longo tempore perseuerans siccã aquam intercutem efficit, quam non nulli tympaniam uocant. hinc in temperiem ex qua aqua intercus fit, generat refrigeratio magna, ex qua, oriuntur c assissimi spiritus. Sciendum est autem dupli ci de causa fieri aquam intercutem, uel precipue affecto iecinere, uel per consensum, hoc igitur loco sermo est de ea, quæ fit per consensum

QVORVM alui intestinorũm lauitate laborant, hiberno tempore supra purgari, malum. 12

LIENTERIA est uelox exitus ciborum, qui oblati sunt

cum nulla ex parte mustati excernantur, fit autem vel ob imbecillitatem continentis facultatis, uel ob ex ulcerationem occupantem summas partes ventriculi, vel ob pituitam frigidam in intestinis impactam. De secunda igitur lienteria sermo est Hip. prouenit autem ab humore acri & tenui. Hæc igitur superioris purgationis eget, sed nẽ in hieme, tũc enim pituitosus humor redundat. Nomen quidem lienteriæ quamuis ex intestinis assumitur, tamen non solum intestinorum est affectio, uerum etiam ipsius ventriculi.

AD Helleboros, qui non facile supra purgãtur, eorum corpora ante potionem pluri cibo, atq; quiete humectanda sunt. 13

HOC loco tractat de purgatione. Videtur autem nomen Hellebori aliquando comuniter in omni purgatione intelligi, aliquando autem proprie, & comuniter quidem, vt. illud (Helleborus periculosus est his qui sanas carnes habent, proprie autem, ut hic. De Helleboro autem proprie dicto, hoc est de planta sermo est Hip. hic autem duplex est, alius enim albus, alius autem niger. Vterq; purgat humores crassos uiscosos, & pituitosos, uerum albus qudem per superiora, niger vero per inferiora. Hoc igitur loco de albo dicit, vt patet ex eo: His qui non facile supra purgantur, hoc est non facile uomentibus, ante potionem humectare corpus, & reliqua, ad hoc ut humores fiant facile fluxiles humectatione eorum, quæ accomodata, sunt, hoc autem fit humectante nutrimento, & ex hoc fit facillima purgatio iis, qui non facile purgantur, hoc enim (multo nutrimento) non in quantitate, sed in qualitate intelligendum est, quoniam Helleborus ui agendi pollet, & autor est conuulsionum, & alia infert difficilia, si autem prius humectatis sunt nerui, & ligamenta, & alies parte humido nutrimento, & quiescant, non facile in conuulsionem incident, & in alia difficilia debemus autem cognoscere ante potionem hellebori oportere prius humectari & interim quie-

cere illum qui diebus, quos dicet ſumpturus eſt.

CVM biberit quis helleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis, ad ſomnos vero, et quietem minus, indicat autem nauigatio turbari motione corpus. 14

SVPERIOR Aphoris. docuit nos qua ratione præparandi ſit ii, qui ſumpturi ſunt helleborum, hic autem docet quid nobis faciendum ſit epoto helleboro quum (inquit) quis biberit helleborum, ad motus quidem magis ducere illum, qui purgatur motus enim fert ad iecur & ad uenas, & conuertitur ad cerebrum & ad alias partes, & ſic trahit humorem, præterea quoniam motus turbat corpora ut oſtēdit nauigatio, vſq; adeo ut etiam homines cogātur uomere, ideo motus auget uim agēdi quæ eſt in medicamento, quod vomitum excitat quoniā motus fuſionem fecit humoris, & tunc humores fiunt facile fluxiles. Rurſus addit ad ſomnos autem & immobilitatē minus ducere eum qui purgatur, quoniam in ſomnis & in immobilitate magis operātur facultates, & concoquunt purgans medicamentum.

CVM volueris magis ducere Helleborum, moue corpus: cum vero ſiſtere, ſomnum facito, & non moueto. 15

HOC loco docet nos, vt ſi velimus poſt epotum Helleborum fieri purgationem, corpus moueamus, cauſa autem ſuperius allata eſt, ſi autem uelimus comprimere euacuationē, ſomnum faciamus, & non moueamus, ſomnus enim facit ut quieſcant facultates, hoc eſt naturalis & uitalis, quibus confirmatis poteſt concoqui purgans medicamentum epotum, una cum humoribus, quibus corpus laborat eſt, autem ſermo conueniens

ueniens omnibus medicamentis.

CARNES sanas habentibus. Helleborus periculosus, conuulsiones enim facit. 16.

NON nugatur Hip. (vt quidam dicunt, in superioribus enim cum doceret nos non esse tutum medicari corpora sana, de vnoquoque medicamento intelligi voluit, hic autem de Helleboro proprie dicto sermonem habet, quem ostendit periculosum esse sanas carnes habentibus, nam ob vehementem uim actionis conuulsiones facit, cum enim non inueniat in corpore superfluitates, humiditatem consumit, & ideo contingit fieri conuulsionem.

SI quis febrem non habens abstineat a cibo, & cordis morsum seu vertiginem patitur, & oris amaritudinem sentit, purgatione indigere per superiora significat. 17.

SVPERIVS dicebat faciendas esse purgationes, quo natura vergit per loca conuenientia, nunc potuisset aliquis dubitare, qua ratione cognoscere possit, quo natura vergat, ideò signum affert, & primum quidem superioris purgationis, si quis (inquit) febrem non habet, & non apperit cibum, habeat autem dolorem in ore ventriculi, & eius os amaritudinem concipiat, præterea vertiginem patiatur, cognosce bilem in stomacho redundare, & hac de causa superius purgare oportet. sciendum autem est bilem prosternare facultatem appetendi, & facere, ut a cibo abstineat ægrotus, cum autem stomachum mordeat, cardiacam passionem generat, cum autem superius feratur per membranam amplectentem stomachum & pharinga, facit oris amaritudinem, ascendens autem ad cerebrum, & obtundens spiritum animalem, vertiginem facit.

SVPRA septum transuersum dolores pur-

gatione indigere per superiora significant, cuicunque vero inferiora molestant, per inferiora. 18.

QVICVNQVE dolores supra septum transuersum purgatione indigent, superius oportet purgare: quicunque vero inferius, per inferiora, nam facienda est euocatio secundum inclinationem materiæ vel humorum peccantium, & superiores quidem per vomitum prouocantia, inferiores vero per ea quæ ventrem subducunt.

QVI in medicamentis purgati non sitiunt, non quiescant prius quam sitiant. 19.

SECVNDVM differentes modos generatur sitis in his, qui purgantur, vel enim ob calidam ventriculi temperaturam mouentur ad sitim, quandoque ante euacuationem, quandoque autem paulo post euacuationem, vel ob qualitatem medicamenti acrioris & calidioris ut Euphorbium, vel ob formam humorum qui euacuantur: nam si biliosi sunt, confluentes ad ventriculum, cum sint calidi, sitim faciunt, fit autem & sitis ratione euacuationis eorum, quæ superflua sunt, de qua sermo est Hip. quam etiam assignat vt terminum euacuationis, si enim (inquit) non sitiunt, dum purgantur, non quiescunt, nam sitis, quæ generatur in potionibus medicamentorum, indicat indigentiam humiditatis, & dominatũ siccitatis, si autẽ nulla fit sitis, ostenditur humores nõ esse perfecte euacuantos.

NON febricitantibus si tormina acciderint & genuum grauitas, & lumborum dolor, purgari inferius oportere significatur. 20.

CONTINVVS est hic Aphorismus illi, in quo docebat si quis abstineat a cibo, & reliqua, nunc docet, si non febricitantibus accidunt tormina, & genuum grauitas, & dolores

circa lumbos inferius oportere purgari, cum materia pituitosa existens vergat ad inferiora.

DEIECTIONES nigræ, qualis est sanguis niger sponte venientes, siue cum febre, siue sine febre, pessimæ. Et quanto colores magis praui fuerunt plures, peius, cum medicamento vero melius, & quanto colores plures non praui. 21.

HOC loco Agit Hip. de spontinis euacuationibus, & de artifitiosis, sed spontina euacuatio duplex, hæc quidem natura fit, illa autem violentia symptomatis. hoc igitur, loco agit de ea, quæ fit violentia symptomatis, deiectiones (inquit) nigræ, qualis est sanguis, hoc est qualis ex apertione vasorum ad intestina delatus sanguis concretus denigratus, sponte venientes vel cum febre vel sine febre, prauę, nam ambo uiscera sunt affecta, hoc est lien et iecur, & lien quidem per se, iecur autem ob lienem, pars enim feculenta sanguinis quæ est humor melancholicus, quam non potest ad se ipsum trahere. lien, manet in iecinore, & ex eo debilitatur iecur, ut non possit continere & concoquere ea quæ superflua sunt, propria enim tyrannide exeunt ea, quæ vocantur nigræ. Hæ enim deiectiones, ut sanguis niger, deiectæ, prauæ sunt, cum medicamento autem meliores, absoluuntur enim a corpore irritante medicamento, & non quod natura sit euicta. Similiter autem & si sponte plures colores praui sponte euacuantur, magis est prauum, cum medicamento autem melius, & sponte quidem malum est, quoniam euacuantur ratione symptomatis, cum natura vincatur, & vehemens passio uel potius malitia viscerum indicatur, cum medicamento autem melius, nam natuta liberata est a cacochymia, quæ illam perturbabat. Si quis autem dubitet, qua ratione intelligi possit Hip. sermonem habere de euacuatione ea, quæ fit ratione symptomatis, dicimus, illud verbum venientes, hoc indicare, diuturnitatem enim temporis innuit, hæc autem quæ fit lege naturæ breui tempore corpus a prauis humoribus liberat.

MORBIS quibuslibet incipientibus, si atra bilis vel supra vel infra exierit, lætale. 22.

HIC Aphoris. affert exemplum proximi Aphor. si quis enim dubitaret quo tempore prauæ sint deiectiones, quæ excernuntur, vt sanguis niger, & alia praua, nunc docet ea esse, quæ excernuntur morbis incipientibus. habet igitur sermonem de vno ex iis coloribus, qui praui sunt, hoc est de atra bile. Atra bilis (inquit, in principiis morborum vel supra, vel infra exiēs signum est lætale, nam indicat naturam omnino male se habere. Habet enim hoc in more natura, vt prius concoquat ea quæ sunt superflua, & tunc aggrediatur euacuationem eorum, quamobrem si in principio euacuantur, non euacuantur lege naturæ, sed propria eorum tyrannide. Præterea quoniam atra bilis vim habet corrodendi. Generatur autem vel ex humore malancholico putrefacto, vel ex flaua bile superadusta. Ipsa igitur si ad inferiora deferatur per intestina corrodit ea & vlcerando gignit intestinorum difficultates, si autem tendat ad superiora, corrodit, & eradit, & vlcerat os ventriculi, & in consensum trahit afficiendo cerebrum & alias partes. His igitur de causis signum est lætale. Sciendum autem est deiectiones, vt sanguinem nigrum, ab atra bile sic differre, quod atra bilis continet in se quiddam acre et corrosiuum & acidum & splendidum, hę autem ut sanguis niger, nihil habent eiusmodi, sed sunt ut quedam materia sanguinis, vel fex consistens in crassimis vinis.

QVIBVS cunque ex morbis acutis, aut diuturnis, vel ex vulneribus, siue quouis alio modo extenuatis nigra bilis, siue vti sanguis niger desubter exierit, postridie moriuntur. 24.

SI enim in principio morborū, in quo virtu est robusta, atra bilis euacuata sit, vel ut sanguis niger. mortem indicat, multo magis in acutis morbis, & in valde diuturnis, & in habentibus

maxima vulnera,& in ossibus extenuatis, si hæc apparuerint, postridie moriuntur egroti, natura enim in eiusmodi hominibus valde est imbecilla,ut non possit concoquere, neque excernere ea,quæ sunt adeo praua.

DIFFICVLTAS intestinorum si ab atra bile inceperit lætalis est. 24.

SI enim in terram effusa atra bilis facit ipsam ebullire ob acrimoniam & tenuitatem, qualis est in aceto, multo magis pernitiem afferet in corpore,quod est humidum, & facile sentit ea quæ sunt molesta.Quamobrem ob corrosionem atræ bilis,lætalis est difficultas intestinorum.

SANGVIS quidem supra qualiscunque fuerit, malus,infra autem, bonus. 25.

HOC loco etiam agit de euacuatione ea quæ fit violentia symptomatis. Sanguis inquit qualiscunque fuerit, hoc est siue spumosus,siue flauus,siue ruber,siue niger,si superius p os euacuetur,malum est,nam superiores partes inferioribus nobiliores sunt,& ipse sanguis,qui supra fertur, vel egreditur ob apertionem vasorum, uel ob corrosionem, vel obruptionem.Vnum quodque eorum malum est, inferiorus autem bonum est,ut sunt nigræ deiectiones, hoc est melius ignobiliores enim sunt interiores partes superioribus.preterea bona est nigra deiectio,non simpliciter humor melancholicus, sed euacuatio,quæ fit per hæmorrhoides sanat enim affectus melancoholicos, cum enim natura hiemis copiosum humorem melancholicum collegerit,& is euacuetur per hemorrhoides,hoc bonum,est melius, neque enim ipsa euacuatio per se proprie bona est propter exuberantiam,aqua enim interces sepenumero hac efficitur ratione.

A DIFFICVLTATE intestinorum

habito, si veluti carunculæ exeant, lætale est. 26.

SVPERIVS habebat sermonem Hip. de incipiente intestinorum difficultate, cum diceret difficultas intestinorum, si ab attra bile incipit, lætalis est, cuius etiam signum afferebat, deiectiones, ut sanguis niger, in principio, præterea in posterioribus, deiectiones similes ramentis inferius ferri. Hoc autem loco agit de ea intestinorum difficultate, quę absoluta est, cuius signum affert excerni tanquam carnes, quod quidem lętale est, quoniam non possit eiusmodi caro vlcerata ad cicatricem peruenire, cum ipsa substantia intestinorum, si affecta.

QVIBVS in febribus sanguinis fluxit multitudo, quacunque ex parte, cum reficiuntur alui his humectantur. 27.

HOC loco inquit, si morborum iudicatio fiat. His cum reficiuntur alui humectantur, cum enim intendatur euacuatio sanguinis vel per naturalia receptacula, hoc est per nares, vel per hæmorrhoides, uel ꝑ mēstrua imbecillū reddit calidū innatum, & ideo non concoquunt concotrices facultates. In refectione igitur cum infirmæ sint facultates concoctrices ventriculi & iecinoris, non concoquitur nutrimentum & cū nō conquatur fertur ꝑ intestina, hinc fiunt humidæ deiectiones.

QVIBVS biliosæ deiectiones, superueniente surditate, cessant. Et quibus surditas, superuenientibus biliosis deiectionibus, cessat. 28.

SVRDITATEM dicit non stabilem, sed eam quæ fit ex distributione flauæ bilis, quæ fertur ad cerebrum. Quibus (inquit) deiectiones biliosæ, & reliqua, nam materia biliosa, quæ facit biliosas dectiones, transfertur ab inferioribus ad superiora, & surditatem, cum occupauerit & obstruxerit auditorios meatus, ideo biliosæ deiectiones cessant. Rursus quibus

surditas, superuenientibus biliosis deiectionibus cessat surditas materia enim tendit a superioribus ad inferiora, ratione igitur translationis biliosarum deiectionum cessat surditas, & surditas facit vt cessent biliosæ deiectiones, quę precesserunt.

QVIBVS in febribus sexto die rigores fiunt, difficile iudicium sequitur. 29.

RIGOR est vniuersalis refrigeratio totius corporis, quæ fit cum concussione musculorum, & concussio fit ob morsum musculorum, cum membra mordeantur, refrigeratio autem, cum calidum innatum in profundas partes corporis recurrat, est igitur rigor signum iudicatorium absolutionis ipsius febris, vt in illo Aphoris. dictum est. Ab ardenti febre habito si rigor superueniat, solutionem iudicat, sed cum concoctione & bona die fiat, si enim non ita se habeat, mala est judicatio: difficilis ergo iudicii hoc est difficilis solutionis sunt febres, ĩ quibus sexto die fiunt rigores, cum dies non sit iudicatorius, consueuit enim ipse dies sextus malum afferre iudicium, vt enim dictum est, sextus dies similis est tyrãno, septimus autem regi.

QVIBVSCVNQVE accessiones fiunt quacũq; hora febris dimiserit, si eadem cras occupauerit, iudicium habent difficile. 30.

HIC Aphorismus tradit rationem cognoscendi morbos qui difficile habent iudicium, hæc est autem eius sententia. Si accessio ea hora, qua febris dimiserit ægrotantem, rursus cras eadem illa hora occupauerit, qua pridie dimisit, difficilis iudicii est, hoc est protrahitur morbus, nam firmata est causa accessionum, si enim esset inconstans, nõ seruaret ordinem periodi.

LASSITVDINEM habentibus in febribus in articulos, & circa maxillas potissimum abscessus fiunt. 31.

LASSITVDO duplex,hæc quidem a motu manifesto illa autem spontina.Siquis igitur aperte ab exteriori motu lassitudinem habeant in principio febris,in articulos & circa maxillas abscessus fiunt,in articulis quidem, quoniam latum habent spatium,& calefacti vi caliditatis attrahunt materiam,circa maxilllas autem, si contingat materiam esse tenuiorem,hæc enim ad cerebrum delata circa maxillas abscessum facit, cum ipsæ sint valdæ imbecillæ, & non possint ad alias partes eiusmodi humorem expellere, in spontinis autem lassitudinibus, hoc idem fit in febribus eadem de causa, & maxime quando spontina lassitudo a multitudine prouenit,quamobrem de ambabus lassitudinibus sermo est Hip.

QVIBVSCVNQVE resurgentibus ex morbis,si quid laborauerit, hic fiunt abscessus. 32.

HAEC est Hip.sententia.resurgentes ex morbis cum perfecte non sint iudicati,sed habentes superfluitates quæ relictæ sint,si qua in parte dolorem sentiet,illic decumbet affectus,illic autem hoc est in articulis & circa maxillas. Dolor enim adiuuat fluxiones, ob causam superius dictam. Labor autem intelligendus est vel pro vehementi motu,vel pro læsione.

SED & si ante morbum aliqua parte doluerint hic dolor firmatur. 33.

DVO superiores Aphorismi interpretati sunt, quorum primus,cuius initium(lassitudinem hentibus in febribus,) de lassitudinibus quæ in febribus accidunt,agebat,alter autem,de iis,quę in refectionibus,hic autem de lassitudinibus, quas morbus subsecutus est,sed & si(inquit)antea aliqua parte doluerit hoc est,si etiam ante morbum doluerint articuli,illic fit abscessus,vel spes est per abscessum fieri iudicium,illic enim firmabitur ob crassitudinem materia.

SI A febre habito tumore non existente in faucibus, strangulatio repēte supuenerit, lætale. 34

HIC Aphorismus attinet ad signa, & de angina tractat, si (inquit) a febre habito tumore non existente, & reliqua, quoniam non apparet sensibilis affectio in collo, fit autem strangulatio hoc modo inflammatione laborantibus musculis interioribus, qui sunt in extrema parte asperæ arteriæ & ideo obstructo exitu & ingressu aeris, hac de causa est letale, præterea quoniam subest febris, cuius causa interiores partes feruentes eo tempore indigent refrigeratione exterioris aeris. hoc autē fieri non potest ob strangulationem, & ideo lætale est.

SI A febre habito collum peruertitur, & vix pōt deuorare, sine vllo tumore, lætale est. 35.

COLLVM peruertitur aliquando quidem in interiora & in profundam partem, & vocatur λορδωσις, aliquando autem ad exteriora, & vocatur κυρτωσις, quandoque vero in dextram partem, & appellatur σκολιωσις. Prouenit autem hic affectus vel a primitiuis, vel ab abditis causis, & a primitiuis qdē vt ab oppßione pōderis. si igitur fluxione abūdent interiores musculi ipsius stomachi, vel ipse stomachus, inflammatione laborāt & puertunt collū, sedm λορδωσιν, trahunt.n. ligamenta vertebrarum ad se ipsos, & cum ambo ad interiora intendatur propellunt inflammationem, & coarctatur iugulus, ex iugulo autem aspera arteria, vt homo non possit respirare, & hinc strangulatio & mors manente videlicet inflammatione. Præterea quoniam subiacet febris, quæ talis est, vt siccitate sua faciat peruersionem colli, quæ quidem lætalis est.

SVDORES febricitanti si inciperint, boni, & tertio die, & quinto, & septimo & nono, & vndecimo, & quartodecimo, & decimoseptimo, & vigesimo, & vigesimoseptimo, & trigesi-

moquarto, hi enim sudores iudicant morbos, q̃ vero non ita fiunt, labores significant. 36.

DE iudicatorio signo, hoc est de sudoribus nunc tractat Hip. & de acutis morbis, sudores (inquit) febricitãti acute, & reliqua, nam iudicatoria signa & accidentia iudicatoriis diebus incipere debent, in his enim apparentia, morbum iudicãt, quæ autem in ipsis non apparent longitudinem morbi, & laborem significant, ꝗ autem de his dicat Hip. quæ ratione symptomatis noceant, patet cum dicat. Sudores tertio & quinto die apparentes bonos esse, morbi enim acuti qui cum sudore iudicãtur, imparibus diebus magis iudicium habent, præterea quoniam acuti morbi cum sudore iudicãtur, chronici autem non habẽt hoc natura, vt per sudores soluantur, sed per cõcoctionem vel per absceſſum. Respondendum est autem illis, qui rogant, cur Hippo. nullam mentionem fecerit febrium synocharum, cum etiam illę acutæ sint, & in quarta iudicentur, synochę enim febres per sanguinis fluxum iudicantur, nõ per sudores, hic aũt sermo est Hip. de sudoribus, & ideo non meminit ipsarum.

FRIGIDI sudores cũ acuta qdẽ febre mortem, cũ mitiori aũt, lõgitudinẽ morbi signãt. 37.

FRIGIDI sudores fiunt in acutis febribus frigidiſſimo humore existente, cum non extinguatur frigiditas ipsius a multa caliditate, qui quidem lætales sunt. in his igitur morbis hoc est in acutis, & vt signum, & vt causa est. vt signum quidẽ, quoniam eiusmodi humor non calefactus, nèq; ab innata caliditate, neq; ab ea, quæ est præter naturam, omnino indiget tempore vt concoquatur, non extenditur aũt morbus in tempora, cũ febris sit acuta, & hinc prouenit mors: vt causa aũt lætalis, q̃m prius exoluit virtutem. si quis aũt dubitet, qua ratione generetur ab eiusmodi humore febris acuta, dicimus sæpenumero ẽt humorem crudum poſſe generare febrem acutã. Præterea cõtingit in venis esse calidum humorem faciẽtem febrem acutã, exterius aũt esse humorem frigidum qui ẽt resolutus, & effusus

facit sudores:frigidos aũt,cum nõ calefiat a caliditate, hoc aũt est manifestum in glatie sol.n. resoluit ipsam , & non calefacit statim id,quod effluit,hac quidem rõne si in acuto morbo fiat læthale est , si aũt cũ mitiori,longitudinẽ in morbi significat,cũ nõ possit natura nisi lõgo tpe cõcoq̃re humorũ multitudinem.

QVA parte corporis sudor est , ibi significat morbum. 38.

NAM illic est materia,quæ quidem cum pertranseat per aliquam partem,sudores facit in affecta parte.

ET qua parte corporis calor aut frigus, morbus. 39.

ETIAM hoc loco inquit,in quacunq; parte corporis vel calor,vel frigus fiat,verbi gratia,si a naturali calido recedat,et frigidior fiat,postea rursus calidior fiat calido secundum naturam,illic morbus : nam pars illa præter naturam affecta recessit a calido secundum naturam.

ET vbi in toto corpore mutatiões,& si corpus refrigeretur,vel rursus calefiat,vel color alter ex altero fiat,lõgitudinem morbi significat. 40.

SI.n.simplex mutatio temperaturæ corporis lõgitudinem morbi significat,cum aliqñ refrigeretur, & rursus calefiat corpus,multo magis composita ĩtemperies diuturnitatem morbi significat,diuiditur.n.natura ab his dispositionibus,& cogitur huic quidem aliqñ disposit õi incumbere,aliqñ aũt illi, & vna pugnante altera augetur.ideo in longitudinem augentur morbi,ꝙ aũt aliqñ refrigeratur corpus,aliqñ autem calefiat, indicant colores,hi.n.consequuntur actiuas qualitates.

Sudor multus ex sõno factus absq; cã mãifesta

corpus vti pluri cibo significat, si vero cibum non accipienti hoc accidat, scire oportet, ꝙ euacuatione corpus indiget. 41.

DVOBVS modis fit ex somno sudor multus, vel ob copiosum nutrimentum, vel ob superfluitates. Si igitur sine manifesta causa fiat sudor multus, verbi causa, si non sit australis constitutio, indicat corpus copioso vti nutrimento, etenim cibi, maxime calidi calefaciunt materias, & attenuant ipsas, & expellentes ad exteriora sudorem faciunt, si autem cibum nō accipiat, & ex somno multum sudet, indicat esse superfluitatū multitudinem, quæ indiget enacuatione, dixit autem (ex somno) nam eo tempore operantur omnes facultates naturales, & tunc inutilia ab vtilibus superantur.

SVDOR multus calidus, vel frigidus semper fluens, frigidus magis, calidus minus, morbū significat. 42.

ET hic Aphorismus attinet ad signa, de sudoribus enim adhuc pertractat. Calidus sudor breuem indicat morbum ob facilem materiæ difflationem quæ est flaua bilis, & robustas virtutes ostendit, frigidus autem sudor diuturnum morbum significat ob crassitiem materiæ, & difficilem difflationem, sic quidem vterque eorum separatim significant. Si autem ambo simul & eodem tempore subsistant, sumitur ex his signum ratione maioris & minoris quantitatis, si enim calidus dominetur, breuis erit morbus, si autem frigidus, diuturnus, causæ autem sunt expositæ. Sciēdum autem est Hip. cum dicat semper fluens permanentem fluxum indicasse.

FEBRES quæcunque non intermittentes tertia die fortiores fiunt, magis periculosæ, quocunque autem die intermiserint, periculum abesse significatur. 43.

HOC loco agit de synochis febribus, vt indicat illud verbū (quecunq; non intermittentes) nō intermittes. n. continuæ

ſunt,ſed ex continuis eas demonſtrat quæ ardentes ſunt,vt patet ex eo dicto (tertia die fortiores fiunt).hæc eſt autem eius ſententia,ſi tertia die fortiores appareant periculoſæ ſunt, nã indicatur craſſitudo materiæ, & imbecillitas uirtutis, præterea,quoniam eo tempore non poſſumus cibare ob aſſiduitatem acceſſionum,præterea quoniam indicatur principale membrũ laborare,videlicetvel pulmonẽ uel iecur,pręterea oſtditur multam putredinẽ eſſe in uaſis.His igitur de cauſis non intermittes febres ſunt periculoſe, intermittentes autem periculo uacant contrariis de ca ſis.Intermiſſio autem intelligenda eſt nõ omnio abſoluta infebricitatio,ſed diminuta febricitatio.

QVIBVS febres longæ, ijs tubercula, vel labores in articulis fiunt.

44.

FEBRES longæ ortum habent a craſſitudine materiæ, in his febribus per abſceſſum indicatio fit, ut in acutis per ſudores ob facilem difflationem materiæ:abſceſſus igitur in longis morbis in articulis fiunt,uel ob locorum capacitatem, vel ob caliditatem articulorum adiuuantem,vt expellantur ſuperflua,& labores,hoc eſt dolores in articulis fiunt,ſi tamen facile patiantur articuli,nam ſi robuſti ſunt, expellunt ad cutem humores,& hac de cauſa contingit fieri tubercula.

SI ex febribus labores fiunt,hi pluribus cibis vtuntur.

45.

HIC Aphotiſmus ad conualeſcentes attinet. Quibucunq; (inquit)poſtquam libetati ſunt a morbo, contingit fieri tubercula,& labores circa articulos, magna ex parte hi multitudine ciborum utuntur,nam uirtus eorum non potuit concoquere copioſum nutrimentum, cum fuerit imbecilla, cum igitur laborent cruditate,congregantur ſuperfluitates, quæ ſi deferantur ad articulos,fiunt abſceſſus, ſi eutem ad autem, tubercula.

SI rigor incidat febre non deficiente, ægro iã debili, lætale est. 46.

EX hoc verbo (non deficiente) indicatur sermonem Hip: esse de continuis febribus. Si igitur in continua febre rigor incidat, hoc est longo tempore inuadat, iam imbecilla existente virtute, lætale est, nam in rigore vel euacuantur superfluitates, vel non euacuantur, si euacuantur, euacuatione magis resoluitur virtus, si autem non euacuantur, indicatur omnino imbecillas esse virtutes, & ideo perniciosum, præterea si euacuantur superfluitates, maneat autem febris, humorum abundantia ostenditur, si autem non euacuantur, indicatur imbecillam esse virtutem.

EXCREATIONES in febribus non intermittentibus liuidæ cruentæ fætidæ & bilosæ omnes malæ. Et si bene exeunt, siue per vrinas, siue per alui excretionem bonæ, si vero nihil eorum, quæ iuuant per hæc loca excernitur, malum. 47.

HIC Aphorismus a vitiosis signis optimam tradit rationem cognoscendi: vitiosa (inquit) quæ euacuantur in corpore, vt in febribus non intermittentibus, vel per os, vel per vrinas, vel per deiectiones, vel per ea quæ præcedunt concoctionem, excreta fuerint, perniciosa sunt, ratione enim symptomatis euacuantur, & non lege naturæ, si autem post concoctioné excreta fuerint, bona sunt, cum excernantur lege naturę, & nõ violétia symptomatis. Liuidæ igitur excreationes, hoc est purgationes quæ per fauces & asperam arteriam ante concoctionem fiunt, mortificationem partium iudicãt, sanguineę autem corrosionem vasis, fætidę autem putrefactiones, biliosę autem bilem puram. Eodé modo & in vrinis & deiectionibus, alui, excretiones, quæ excernuntur malę sunt, si autem post conco-

ctionem omnes, vel per os, vel vrinas, vel per alui deiectiones bonæ sunt, quod autem hęc bene iudicentur signum est facilis tolerantia, quod autem male, difficilis. Præterea & ægrotantis temperatura, & morbi forma, & locus. Quod autem in fine Aphor. scribitur, hanc habet sententiam. Malum est id quod euacuatur vel per os, vel p̱ vrinas, vel alui deiectiones.

IN febribus non intermittentibus, si partes exteriores frigidæ, interiores vruntur, & sitim habent, læthale est. 48.

DE continuis febribus etiam nũc agit. In febribus (inquit) non intermittentibus, & reliqua. Ostenditur enim vel inflammationem, vel erysipelas esse in visceribus, quoniam autem natura cõsuluit parti affectæ, recidit ad interiora cum innato calido, & ideo refrigerantur exteriora, interiora autem uruntur cum igitur in visceribus sit inflammatio satis uehemens, ut sitis ostendit sequitur mors.

IN febribus non intermittentibus si labrum, vel palpebra, vel supercilium, vel oculus, vel nasus peruertitur, vel non videat, vel non audiat, iam debili existente corpore, quicquid horum euenerit, mors proxima est. 49.

IN hoc Aphor. colligit signa lætalia, & sumit indicationẽ ab animalibus, & a motricibus uirtutibus, si in cõtinuis (inquit febribus hi affectus apparuerint debili existente ægroto, prope est mors. Ostẽditur enim immoderata caliditas ex inflãmatiõe cerebri, quæ pepit ex siccitate cõuulsionẽ, a qua predictæ partes peruersæ sunt, hæc autem cõuulsio uacat molestia, præterea quoniã spiritus animalis imbeccillitas ostenditur. Sciendum autem est Hip. cum dicat (si labrum vel nasus peruertatur) indicasse virtutes, motrices affectas esse, cum autem dicat (nisi videat) & reliqua, sensitiuas.

VBI in febre non intermittere difficultas spirandi & delirium acciderit, lætale. 50.

DIFFICVLTAS spirandi est mala respiratio, ipsa igitur magna est & densa, vel magna & rara, uel parua & densa, vel parua & rara. Hoc igitur loco sermo est Hip. dea, quę est magna, & rara, ipsa enim delirium ostendit. in ardentibus (inquit) febrius si difficultas spirādi fiat, hoc est magna & rara respiratio, & delirium, lætale est, nam illa quidem ostendit pulmonem affectum esse, delirium autem cerebrum fit autem difficultas spirandi, quæ etiam delirium indicat, ob lesionem organorum ad respirationem pertinentium, quę laborant inflamatione, delirium, quoniam transmittantur vapores ad cerebrum, ut uideri potest in passionibus pulmonis, in quibus inflammatio est in pulmone, & ex hac læditur respiratio, cum autem euaporat, transmittuntur uapores ad cerebrum, ex quo delirium, quamobrem delirium sequitur spirandi difficultatem.

IN febribus abscessus, qui ad primas iudicationes non soluunt, longitudinem morbi significant. 51.

PRIMAS iudicationes appellat quartam, & septimam diem. Si igitur (inquit) iudicatio fiat per abscessum & non soluantur in his diebus abscessus, in longinquitatem temporis extenditur morbus, nam materia susidens in articulis crassima est, & indiget tempore ut concoquatur.

QVICVNQVAE in febribus, vel in alijs morbis sponte illachrimant, nihil absurdum, qui vero non sponte, absurdius. 52.

lachrima est humoris euacuatio per oculum, manat autem lachrima, vel voluntarie, vel inuoluntarie, voluntarie quidem vt gratia placandi, vel ob priuationem amicorum, & pecuniarum: inuoluntarie autem vel ob multam vini potionem, cum materię calefiant in capite, vel ob inflamationem membranæ succingentis oculum, vel ob imbecillitatem continentis virtutis, de qua nunc sermo est Hip. quod inquit etiam absurdius reliquis, hoc est, eo quod voluntario fit. Sciendum autem Hip. ex hoc Particulari exēplo, hoc est ex oculo, ostendisse, totum corpus habere virtutem continentem.

QVIBVS circa dentes in febribus lentores quidam nascuntur, ijs fortes sunt febres. 53.

HOC loco tradit signum diuturnitatis morbi, quod est lētores fieri circa dentes in febribus, indicatur enim crassam & pituitosam esse materiam hoc facientem. fit autem hoc modo lentor circa dentes Humores frigidi existunt in stomaco, & materia ascēdit in modum vaporis ad gingiuas dentium & cōgelatur circa dentes, cum ipsi sint frigidi & sicci.

QVIBVS plūrimum siccæ tusses leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt, non multa siti infestantur. 54.

TVSSES siccæ dicuntur in quibus nihil expuitur. fiunt ex asperitate faucium ab intemperie frigida, quæ ob motum in tussi ex propinquis partibus trahit humiditatem, & ex hoc sedat sitim in ardentibus febribus, quod autem de hac tussi fit sermo, Hip. manifestum est, cum dicat (leuiter irritantes) ipsa enim solum leuiter irritat.

EX inguinum tumoribus febres omnes malæ, præter diarias. 55.

BVBO est iflammatio adenis, aden autē est corpus spōgiosum. Ex bubonibus autem, alia causis primitiuis fiunt, alii ab abditis. quicunque enim ab offensione pedis vel a mœrore vel ab ira proueniunt, qui & diarii vocatur, periculo vacant cum vno die soluantur qui autē ab abdita causa fiunt, quos malos appellat. Hip. ostendunt inflammationem ex putrefactione esse in visceribus, hoc autem manifestum est, inflammationem ex putrefactiōe maxime esse in hypocondris, cum simul patiantur ēt imbecilliores partes: admittunt igitur materiā hāc bubones tanquam imbecilli ratione multitudinis, & cum inflammatione laborent, in molem attolluntur: oportet autem intelligere febrem consequi bubones. qui ex causa primitiua fiunt. precedere autem eos, qui ex abdita. si quis autem dubitet qua de causa Hippo. simpliciter dixerit (e bubonibus febres) si hos bubones sequitur febris, illos autem precedit. monemus Hip. habuisse rationem consuetudinis: ex consuetudine enim bubones sequitur febris.

FEBRICITANTI sudor superueniens febre nō deficiente, malū: prorogatur enim morbus, multam significat humiditatam. 56.

HOC loco inquit, si febris est continua, & fiat sudor multus, & non sedat febrem euacuatione, protrahitur morbus, causa autem est multitudo humiditatis quæ indiget tempore vt concoquatur, ideo protrahitur morbus.

QVI a conuulsione aut distentione neruorum tenetur, febre superueniente liberatur. 57.

CONVVLSIO & distentio, vel ab euacuatione, vel a repletione fiunt, ambo hæc febris soluit, hoc autem patet in his qui ex repletione consistunt, de his .n. nunc agit, nam febris

concoquit resoluit & difflat materiam hos affectus facientem. intelligendum autem est tres esse conuulsiones, quarum prima appellatur emprosthotonos quæ prouenit ab affectu interiorum musculorum spinæ, altera episthotonos, quę ortum habet ab affectu exteriorum musculorum, tertia tetanos, quæ prouenit ab affectu interiorum & exteriorum musculorum spinæ. si quis autem dubitet cur hip. adidit (a conuulsione & distentione) dicimus hoc factum vt ambo patefierent, hoc est genus & species, conuulsio enim est genus, distentio vero species.

A febre ardente habito superueniente rigore solutio. 58.

HOC loco inquit, si subsidẽte ardenti febre superueniat vigor, soluit ipsam, nam in ardenti febre interius existens materia, hoc est in vasis continuam febrem faciebat, superueniens autem rigor transtulit materiam ab interioribus ad exteriora, qua per sudores expulsa, & liberato corpore, necessario solutio febris fit, Quod si quis dubitet qua ratione possit fieri rigor in materiis calidis, si ardens febris a flaua bile fiat, sciendũ subesse materiam acrem, & calidam, in eiusmodi igitur febribus ob molestiam acrimoniæ humoris, calidum innatum ad interiores partes vergit, & ex eo superuenit rigor.

TERTIANA exquisita septenis circuitibus, quod largissimum est, iudicatur 59.

HIC Aphorismus legitimum tempus pręscribit exquisite tertianæ, hoc est quartum decimũ diem, quod patet ex eo septenis circuitibus, exquisita enim alternis diebus accenditur. est igitur tertiana exquisita, quæ habet biliosas uomitiones, biliosas alui deiectiones, uehementem ardorem, qui dominatur quam longissime horis duodecim, tertiana autem quę non est eiusmodi, notha est, exquisita igitur tertiana iudicatur, se-

ptenis circuitibus,quod longiſſimum eſt,cõtingit enim aliquã do,vt ſoluatur & ſeptima,& nona,& decima prima,ob facilem materiæ difflationem,quæ eſt flaua bilis efficiens febrem.

QVIBVS in febribus aures obſurduerunt ſanguis ex naribus fluens,aut aluus turbata , ſoluit morbum. 60.

IN febre obſurdeſcunt aures,cum vapores aſcendant ex ſubiecta materia,& occupẽt auditorios meatus,& eos obſtruãt, Quibuſcunque igitur in febribus aures obſurdeſcunt, per nares ſanguinis fluxus , vel bilioſa deiectio ventris ſuperueniens ſedat ſurditatem,quoniam euacuata eſt materia, ex qua febris & ſurditas oriebatur.

FEBRICITANTEM niſi diebus imparibus febris reliquerit,ſolet recidiuare. 61.

HOC loco de Acutis morbis ſermo eſt Hip. quod patet ex eo (in imparibus) hæ enim in imparibus vel alternis diebus accenduntur ob facilem difflationem , & caliditatem materiæ,vbi autem acceſſio,ibi & indicatio. Acutæ igitur ægrotantes niſi diebus imparibus febris dimiſerit, recidiuant.nam non eſt facta iudicatio lege naturæ, ſed violentia ſymptomatis.Præterea dictum eſt(in imparibus diebus)pro eo quod eſt in iudicatoriis. ſi igitur in iudicatoriis diebus febris dimiſerit, bonum:recidiuare enim non conſueuit, hæc autem interpretatio magis eſt neceſſaria ,quam ſuperior,cum ſimul complectatur,quartam,& vndecimam,& vigeſimam,& quadrageſimam , quæ ſunt iudicatoriæ.

QVÆ paribus diebus iudicantur,difficilem habent iudicationem , & recidiuare conſueuerunt, 62.

CVM in proximo Aphoriſmo docuiſſet bonas iudicationes in imparibus, hoc eſt in iudicatoriis diebus fieri, neceſſario hunc aphoriſmum appoſuit, vt doceret, inutiles iudicationes paribus, hoc eſt in iis quæ iudicatoriæ non ſunt, fieri.

QVIBVS in febribus morbus regius ante diem ſeptimum accidit, malum, niſi ex aluo humores prodeant. 63.

MORBVS regius prouenit ex obſtructione folliculi ipſius bilis, quæ illuc non fertur ob obſtructionem, & diſtribuit impurum ſanguinem per totum corpus, & hoc modo fit morbus regius, fit etiam cum iecur ſcirrhum patiatur, & inflammatione laboret, tunc enim ob intemperiem totus ſanguis fit biliosus, & veſica quæ bilem recipit, non poteſt totum ad ſe trahere, ſed hoc modo diſpergitur ſanguis biliosior per totum corpus, & fit morbus regius. fit etiam & naturaliter hoc modo, natura cum conſulit ſaluti, interiorum partium decretorie eiicit materiam ad exteriores partes, & fit morbus regius, vt in ardenti febre, & in tertiana, natura putrefaciente ea quæ ſunt in interioribus partibus, & ad exteriora expellente materiam, ſi igitur ante ſeptem dies in febribus morbus regius ſuperueniat, malum.

QVIBVS in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſoluuntur. 64.

DE quotidianis agit, & manifeſta eſt Apho. ſententia ſi quotidie (inquit) febricitanti quotidie ſuperueniat rigor, ſoluit febrem: materia enim extra uaſa eiicitur quę in vaſis exiſtens febrem faciebat, ſed dubitant quidam, qua ratione in hemitriteo quotidie rigorem faciente non ſedatur febris. verum ſciendum eſt Hip. nunc habere ſermonem de ſimplici febre, non de compoſita, hæc autem compoſita eſt ex duabus febribus, hoc eſt ex quotidiana continua, & ex tertia intermittente.

QVIBVS in febribus septimo, vel nono, vel vndecimo, vel quarto decimo, superuenerit morbus regius, bonum, nisi dextera præcordia obduerint, si vero non, non bonum. 65.

MORBVS regius bonus est si superueniat in febre, in eiusmodi diebus, & enim lege naturæ factus est, cum in iudicatoriis diebus apparuerit. Rursus autem apposuit conditionē, nisi dextrum præcordium obdurescat, si enim inflammatio est in iecinore, quamuis in iudicatoriis diebus superueniat morbus regius, malum est, quoniam iecur est affectum.

IN febribus circa ventriculum, et fortis æstus & cordis morsus, malum. 66.

VENTRICVLVM dicit eum, in quem cibi geruntur, hoc autem patet ex eo (& cordis morsus) quoniam igitur vexatur stomachus morsu humoris, malum est.

IN febribus ex somnis timores, & conuulsiones, malum. 67.

HOC loco inquit, si subiacente febre ex somno conuulsiones & timores superueniant malum est. nam manifestum est humorem crudum melancholicum redundare, qui obstruens neruosas partes, conuulsiones facit, ascendens autem ad cerebrum & grauans animalem spiritum, timorem facit, quod autem crudus sit humor, signum est, cum inferantur noxii somni.

IN febribus acutis conuulsiones, & circa viscera labores fortes, malum. 68.

HOC loco etiā agit de conuulsione (si inquit) ardēti febre

ſubiacente,& conuulſio,& labor fortis ſit circa præcordia, malum, conuulſio quidem quoniam uidetur ex ſiccitate conſiſtere ſubiacente ardenti febre, labor autem fortis circa præcordia, quoniam & ipſe æque multam ſiccitatem oſtendit: etenim ex immoderata ſiccitate uexantur uiſcera ,& ideo laborant.

IN febribus ſpiritus offēdens, malum: conuulſionem enim ſignificat. 69.

ET hoc loco agit de conuulſione. ſi inquit in febribus ſpiritus, hoc eſt reſpiratio offendat, hoc eſt offendatur, malum, nam ex Hip. ſententia indicatur conuulſio, ea .ſ. quæ ex ſiccitate prouenit totius corporis, & maxime muſculorum thoracis, his enim affectis impeditur reſpiratio, dilatatio enim thorace fit inſpiratio, compreſſo autem expiratio, hæc igitur conuulſio facit, ut reſpiratio offendat, qua diſtracta malum eſt, reſpiratio enim compoſita eſt & conſtat ex inſpiratione, & exſpiratione, ſi igitur inſpiratio offendatur non refrigeratur calor innatus ab exteriori aere, & periculum ſubit ne extinguatur ſi autem rurſus expiratio offendatur congregantur fuliginoſa excrementa, & cum non poſſint per expirationem exire fluctuantia extinguunt calidum innatum.

QVIBVS vrinæ craſſæ, grummoſæ, paucæ, non ſine febre, multitudo tenuis veniens ex ijs iuuat: præcipue vero tales veniunt, quibus ab initio, vel breui ſedimenta inſunt. 70.

MIRABILITER Hip. ſignificat conſtitutionem eorū quæ raro viſa ſunt ab illo. ſupponit igitur febrem prouenientem ex multitudine, & craſſitie humorum crudorum, quibuſcunque (inquit) urinæ craſſæ, & reliqua ſupponatur febricitās qui prima & ſcd̄a die emiſit urinam non multā, ſed plurimum

habens sedimentum crassum,& inæquale,& crudum, quod quidem malum est,ostendit enim imbecillitatem virtutis alterantis,quæ non potest attenuare & concoquere,& alterare materiam,& ideo propter crassitiem vix exeũtes vrinæ paucę erãt ĩ quantitate.Si autem breui tempore post emittatur vrina multa & tenuis,sedimentum habens multum & æquale,confert(vt inquit Hip.)ostenditur enim virtus alteratrix esse robusta, cũ emiserit vrinam tenuem, non autem proprie tenuem , nam ea cruda est,sed ad proportionem partium,quæ grummosæ sunt, vt sit mediocris.Quod autem scriptum est, in extrema parte Aphor.præcipue vero tales veniunt,quibus ab initio,vel breui sedimentum inest, hanc habet sententiam, maxime autem hoc accidit in illis febribus in quibus prima , vel secunda, vel tertia die statim sedimentum continet vrina, ratione grauitatis & crassitudinis materiæ,non ratione naturæ.

QVIBVS *vrinæ obuersæ quales sunt iumentorum,ijs dolor capitis vel adest, vel iam aderit.* 71.

HIC Aphorismus attinet ad signa, tradit autem rationem cognoscendi ex vrinis capitis dispositionem , quibus(inquit) in febribus,& reliqua.Obuersa autem vrina ex tribus conflatur,ex cruda materia , & ex flatuoso spiritu , & ex vrinali humiditate,fiunt autem spiritus ex crassa materia , quæ a febre accenditur.si igitur appareat in febribus eiusmodi vrina, merito dolorem capitis manifestabit, cum spiritus ad caput ascendant,præterea diuturnitatem affectionis ob caliditatem,& ob spiritum.

QVIBVS *septima iudicatur,ijs nubeculã habet quarta die vrina rubram,& alia ex ratione.* 72.

HOC loco inquit,quibus in septima iudicandus est mor-

bus iis nubeculam habet quarta die vrina rubram, & alia ex ratione, alia autem sunt deiectiones, & sputa, maxime si affectus sit thoracis inflammatio. si enim hæc omnia ratione fiant, & vrina nubeculã continet rubram ostẽdens cõcoctionem in quarta die, omnino septima iudicabitur, nam quarta dies ostendit septimam (vt ipse docet, septem vel quatuor index) dixit autem nubeculam rubram & non albam, nam calida & biliosa materia subiacet, non crassa & pituitosa, hoc autem patet cum dicat septima iudicari, cum autem materia subsit flaua & calida, non dixit flauam materiã contineri, sed rubrã, nam flauum non apparet in nubecula cum sit pellucidum, abusus igitur vocabulo pro flauo dixit rubrum.

QVIBVS vrinæ albæ, & perspicuæ, malæ: præsertim, si in delirantibus appareant. 73.

IN hoc Aphorismo docemur rationem ex vrinis cognoscendi cerebri dispositionem. phreniticis (inquit) urinæ albæ & perspicuæ apparentes maxime malæ, sunt enim & alioqui prauæ, albæ & perspicuæ, indicant enim ultimam cruditatem uerum in phreniticis magis prauæ sunt, nam phrenesis a biliosa materia prouenit, quamobrem oportebat, & urinas flauas esse, sed quoniam hoc non fit, prauum est signum: ostẽditur enim quodammodo ascẽdere materiam ad cerebrum, quum autem patiatur principalis pars, hoc est cerebrum, malum est. Dixit aũt perspicuæ & albæ, non enim necessario perspicuæ sunt albæ, sed uel flauæ, uel ruffæ, ob splendoris igitur differentiam, addidit (albæ.)

QVIBVS precordia suspensa murmurantia, lumborum dolore superueniente, ĳs alui humectantur, nisi flatus erumpant, aut vrinæ multitudo proueniat, hæc vero in febribus. 74.

VT id, quod affertur, pateat, supponatur febricitans cum suspensis, & murmurantibus præcordiis ex spiritu flatuoso, & humiditate permixta, si hoc modo se habente dolor statim circa lumbos fiat, alui humectantur ob materiæ translationem, nisi ea, quæ miscentur ab inuicem separentur, hoc est humidũ, & spiritus, & humidum quidem per vrinas, spiritus autem per intestina euacuetur.

QVIBVS speratur abscessum futurum ad articulos, liberat ab abscessu vrina multa, & crassa, & alba facta, qualis in laboriosis febribus quarto die quibusdam incipit fieri: si vero etiam ex naribus fluxerit sanguis, breui admodum solutio fit. 75.

SPES est, hoc est expectatio ad articulos abscessum fieri in febribus quoquo modo laboriosis, verum aliæ quidem ex primitiua causa fiunt, alię autem ex abdita. hoc loco igitur sermo est Hip. de ea lassitudinæ, quæ a causa primitiua ortum habet, in causa autem primitiua lassitudo præcedit febrem. in hac enim, maxime in vlcerosa sperãdum est per abscessum solui morbum. Triplex enim est lassitudo. vel enim præcedit febrem lassitudo, vel subsequitur febrem, vel est vna cum febre. Si igitur lassitudo præcesserit febrem, spes est per abscessum fieri iudicationem in articulis, & adducta est causa. in quibus igitur est vlcerosa lassitudo, & spes est per abscessum fieri iudicationem, si proueniat vrina crassa & alba, vt in laboriosis febribus, si quarta die appeat ob refrigerationem breui ægrotus liberatur ab abscessu, qui futurus erat, quoniam moueantur ab abscessu causæ morbum facientes, si autem & ex naribus fluxerit sanguis, etiam per breui soluitur, cum enim materia partim expurgetur per inferiora, partim per superiora celerrime fit morbi solutio.

SI sanguinem, aut pus mingat, aut renum, aut vesicæ exulcerationem significat. 76.

CVM dixit (mingat) reprehendit eos qui asserunt ex abscessu rupto, vel in iecinore, vel in alia parte eiusmodi vrinas emitti, nam cum in eo hoc modo fiat purgatio, vel vno die, vel duobus, vel tribus, indicatur vlceratio: corroso enim vlcere simul corroduntur etiam quædam vasa, & vna cum pure sanguis euacuatur, vt contingit in his qui laborant intestinorum difficultate. Nihil autem dixit de vasis vrinariis, licet hoc etiã in illis contingat, nam cum extremorum meminisset, complexus etiam est media.

QVIBVS in vrina crassa existente carunculæ paruæ, aut capilli vna exeunt is, a renibus, excernitur. 77.

VRINAM crassam hoc loco appellat eam, quæ est secũdum naturam comparans illi tenuem vrinam, quæ est præter naturam, hoc enim secundum naturam medium existens, ad tenue quidem comparatum, crassum appellatur, ad crassum autẽ tenue. Si igitur est vrina secundum naturam, patet iecur esse robustum, relinquitur autẽ vt affectus sit ĩ renibus, & quidem exeunt tanquam carunculæ paruæ & excernuntur, quas quidẽ appellant ὀρροβοειδῆ cum sanguis crassus sit superassatus in renibus ab intemperie calida illic existente, ut autem capilli albi. s. excernuntur, cum caliditas præter naturam quæ in renibus est exiccet materiam crassam, & pituitosiorem in ipsis cõtentam, & ideo ad figuram renum excernuntur oblongi.

QVIBVS in vrina crassa existente, furfurea quædam simul exeunt, ijs vrsica scabie laborat. 78.

ETIAM hoc loco uocat crassam urinam eam, quę temperata est, si igitur crassa est urina hoc est temperata, & cum ipsa emittantur furfurea, vesica scabie laborat, vocat autem scabiem vlcus existens in superficie vesicæ, quemadmodum existente scabie in toto corpore, excidunt quædam squammæ vt in piscibus, & maxime pruritum mouent, sic & in vlcere quod est in superficie vesicæ furfurea q̃dã vna cũ vrina excernũtur.

QVICVNQVE spõte sanguinẽ mingũt ijs a renibus venulam ruptam significat. 79.

HOC loco agit de affectibus, qui contingunt in renibus, si sanguinem (inquit) mingunt quidam a renibus inquit venulã ruptam significat, cum autem dicat (mingunt) ostendit non a partibus spiritualibus, neq; nutritiuis hoc prouenire sed a renibus, permanens enim emissio vrinæ iudicatur, nam si esset hoc ratione partium spiritualium, vel nutritiuarum in ipsis rupta venula. breui tempore mingitur, & statim sedatur affectus, illud autem quod addit (sponte) indicat sanguinem mingi non per erosionem, sed per ruptionem, hoc enim sponte statim, & confertim significat, nã ob sanguinis copiam intenduntur uenę, & intentione disrumpuntur, & multum sanguinis mingitur in corrosione autem paulatim, quod autem non per apertionẽ sed per ruptionem sanguis mingatur, manifestum est, sanguis enim per apertionem effusus non est absolutus sanguis, sed sanguini similis.

QVIBVS in vrina arenosa subsistunt, ijs vesica calculo laborat & renes. 80.

CALCVLVS vel in renibus fit, vel in uesica, ubi autem calculus oĩno & arenosorum excretio fit, quoniam aliqua pars exteritur a calculo, cum autem magna ex parte in uesica fiant calculi ob satis magnam cauitatem uesicæ, ideo huius solum meminit Hip. non aũt renum. Sciẽdum autem est calculum habere causam efficientem caliditatem præter naturam, materialem autem humorum crassitudinem.

SI sanguinem mingant, aut grummos, vel stillicidium vrinæ habent, & dolor in imum uentrẽ incidat, & pectinem, & semen, circa uesicam labor est. 81

CONSEQVENTER Hic Aphor. digestus est, quoniam enim dixit (sanguis) intulit aut grummos, grummus autẽ fit, cum sanguis extra uasa factus & congelatus sit refrigeratione. vrinæ autem stillicidium fit ob obstructionem colli vesicæ, vel ob calculum, vel ob inflammationem, uel ob eundem grummum, si igitur sanguinem mingat, aut grummos, aut urinæ stillicidiũ habeat, & reliqua circa, uesicã labor est, hoc ẽ cõmuniter circa instrumenta urinaria, & hoc manifestum, cum enim dixisset (dolorem circa imum uentrem) indicauit renes & pectinem & uesicam (semen) aut collum uesicæ.

SI sanguinẽ aut pus minxerit, & squammulas & grauis odor adsit, vesicę exulcerationem significat. 82.

TRIA nobis assignat hic Aphorismus locum affectum, dispositionem, & malum morem loci affecti, cum enim dicat (squãmulas) indicat uesicam esse affectam, cum autem (sanguinem & pus, solutionem continuitatis, fieri enim non potest ut mingatur pus sine ulcere, cum autem dicat (grauis odor) indicat putredinem, putredo autem malitiam ostendit. Sciendum autem est. Hip. cum dicat grauem odorem esse in his quæ minguntur, improbasse eorum opinionem, qui sentiunt a iecinore uel a spiritualibus partibus ea prouenire, quę sunt squãmarum similia, illa enim & si fœdum odorem habeant, tamen longitudine locorũ ꝑ quæ exeunt fœdum odorem amittunt.

QVIBVS in vrinaria fistula tubercula na

scūntur, his suppuratione facta, & eruptione, solutio. 83.

FISTVLAM urinariam uocat collum uesicæ, si igitur in fistula urinaria, hoc est collo vesicæ, tubercula nascuntur facta suppuratione & eruptione solutio fit, verū dolores ex vrinæ stillicidio, nam ob tubercula facti sunt dolores, & sequitur obstructio, ex qua urinæ stillicidium.

MICTIO nocte plurima facta, paruam, deiectionem significat. 84.

HIC Aphorismus tradit rationem cognoscēdi, si (inquit) per noctē multa vrina fiat, paruam per stercus deiectionem significat, nam multa & magis conferta distributio facta est in iecinore, & alio deriuata est materia, ideo multæ vrinæ fluxerunt, parum autem stercoris, & econuerso si multa stercoris deiectio fiat, modica erit vrinarum excretio eadem de causa, nā parua distributio facta est, & ideo etiam parum vrinæ, multa autem per stercus, deiectio, quoniā in vētriculo maneat humidum, in nocte autem dixit, quoniā concoctiones in nocte fiāt, & excretiones eorum, quæ superflua sunt.

PHILOTHEI

COMMENTARIA IN QVINTVM APHORISMORVM HIPPOCRATIS, LVDOVICO CORADO INTERPRETE.

CONVVLSIO ex helleboro lætalis est.



TRADIT Hip. in hac sectiõe canones cognoscẽdi, & pręcognoscendi, vt et in quarta, ostendit autem rationem præcognoscendi morbum, qui est in summo, cum inquit (conuulsio ex Helleboro lætalis est) sciendum autem est duplicem esse helleborum, hunc quidem album, illum uero nigrum. Hoc igitur loco sermo Hip. est de albo, patet autem hoc cum simpliciter dicatur, de nigro enim helleboro cum additione dicimus Helleborus niger. Conuelluntur igitur ex Helleboro albo utentes ipso, vel ob repletionem, vt cum sæpenumero medicamentum purgans confertim trahat ad ventriculum copiosum humorem & colligat, contenditur ipse ventriculus, ex contentione conuellitur totum neruosum genus per consensum stomachi, vel ob immoderatam euacuationem, quam sequitur siccitas, & siccitatem conuulsio, vel ob stomachum qui facile afficitur, nam sæpe numero cum medicamentum sit magis actiuum, mordetur stomachus ut facile patiens & conuellitur, vel ob acrem humorem attractum a purgante medicamento ad ventriculum, hic enim etiam morsu conuulsionem facit, de secundo igitur modo sermo est Hip. qui a siccitate prouenit, hic enim non admittit curationem, qnoniam cum consumpta sit humiditas, quæ continetur in corpore, fieri non potest, ut amplius resarciatur, alii modi mali quidem

sunt, non autem lætales.

CONVVLSIO ex vulnere lætalis est. 2.

QVIDAM codices habent (ex vulnere) quidam autem ex pforatione, quod quidē verius est, vtrunq; autem continui tatis solutionem ostendit, sed in carne quidem solutio contiuitatis uulnus vocatur, si autem in neruo, punctio vel perforatio, fit igitur ex vulnere cōuulsio non ob solutionem in carne, sed quoniam simul diuiduntur & uenæ, & arteriæ. Hac de causa ex immoderata euacuatione fit conuulsio, in punctione autem fit uehementissimus dolor, & hac de causa sanguinis collectio, ex qua locus inflammatur, ex hoc tanta fit contentio, vt & neruosæ partes simul contendantur, & hinc cōuulsio, utroq; igitur modo conuulsio lætalis, hoc est periculosa est.

VBI sanguis plurimus fluxit, singultus, aut conuulsio superueniens, malum. 3.

HOC loco ex euacuatione spontina conuulsionem fieri supponit, si (inquit) cum multus sanguis fluxerit, vel per nares, vel per anum, conuulsio uel singultus superueniat lætale est, nam supponit ex immoderata euacuatione conuulsionem & singultum superuenire. Præterea quoniam euacuato sanguine partes nutrimento priuantur, & ad corruptionem tendunt, intelligendum autem est conuulsionem a singultu differre, nam conuulsio consistit in omni parte, quæ ad electionē pertinet & animalis est passio, singultus autem in stomacho, & corporea est passio.

EX superflua purgatione, conuulsio vel singultus superueniens, malum. 4.

EX

EX superflua purgatione supponens conuulsionem malum dicit, & non lætale, ut in superiori Aphorismo, illic autem dixit lætale ob maximam actionem & violentiam hellebori hic autem malum, quoniam contingit quocunque adhibito remedio, & facta superflua purgatione conuulsionem fieri, & non esse lætalem, potest enim curari cibis, uel balneis

SI Ebrius repente obmutuerit conuulsus moritur, nasi febre corripiatur, aut vbi ad horam per uenerit, qua soluuntur crapulę, vocē recuperet. 5.

MVLTA potio vini vt calidi & humidi musculos circa fauces replens caphoniā efficit, quod quidem malum, si autem & conuulsionem inferat lætale est, manifestat enim non solum ea quæ sunt circa fauces, repleta esse, verum & neruosas partes, quę sunt in toto corpore, verum letale nisi febre corripiatur, tunc enim fit concoctio materiæ, quæ cum attenuatur, difflatur, vel si rursus hora qua crapulæ soluuntur uocem recuperet, ostenditur enim potuisse naturam concoquere materiam, tempus autem solutionis crapulæ non est circumscriptum: nonnulli enim postridie soluuntur a crapula, nonnulli superueniente situ.

QVICVNQVE a distentione corripiuntur, quatuor, diebus pereunt, si vero hæc effugerint, per sani fiunt. 6.

DISTENTIO ex crassa natura prouenit, & quod ad hoc attinebat longum esse morbum oportebat, verum ob imbecillitatem virtutis peracutus inuenitur. Quicunq; igitur distentione corripiuntur, quatuor diebus pereunt, quoniam tunc vehemens est motus & indeficiens, quamobrem facile prosternuntur virtutes vitales, si autem hæc effugerint, sani fiunt, cum virtus robusta sit, peracuti enim morbi vsque ad quartam diem iudicium habent.

QVIBVSCVNQVE morbi commitia les fiunt, ante pubertatem mutationem accipiunt. Quibuscunque autem vigesimo quinto commoriuntur. 7.

MORBVM comitialem efficere consueuit materia crudior & crassior, hic autem ut plurimum in pueris fit, ideo puerilis morbus vocatur, fit autẽ in pueris, quod habeant plurimũ crudi humoris ob errorem qui committitur in ratione victus. Quibuscunque igitur ante pubertatem morbi comitiales fiũt, circa pubertatem mutationem accipiunt, hoc est omnino liberantur a morbo, mutantur enim ad calidiorem & sicciorem naturam. Quicunque autem extra pubertatem fiunt, magna ex parte cõmoriuntur, non enim omnes, contigit enim aliquando, ut etiam in ætate declinante cessent ob moderatum victũ. Sciendum autem est ex Hip. sententia tempus pubertatis circunscribi a decimo octauo anno ad vigesimum quintum.

QVIBVSCVNQVE morbo laterali laborantes quatuordecim diebus non purgantur, ij ad suppurationem uertuntur. 8.

DECIMAE quartæ diei meminit, ut quæ iudicatoria sit in acutis morbis, morbi autem acuti cum fiant ex tenui & calida materia, cito soluuntur, & iudicantur. Quicunque igitur ex morbo laterali non purgati sint, hoc est non aduxerint & expuerint collectas humiditates quatuordecim diebus, ii ad suppurationem vertuntur, cum materia sit crassior et calidior, hoc autem cognoscens natura secundam nauigationem instituit, & in pus conuertit materiam.

TABES fiunt maxime ætatibus, a decimo octauo anno vsque ad trigesimum quintum. 9.

CVM in quarta sectione Hip. egisset de affectibus primi principii, hoc est cerebri, nunc transfert orationẽ ad secundũ

principium, hoc ē ad cor, iã aũt actũ eſt de morbo laterali, hic eſt enim inter affectus qui attinent ad thoracem, nũc per continuationẽ de eiſdem thoracis affectibus, hoc eſt de tabo pertractat, tabes autem eſt ulceratio pulmonis, hæc autẽ fit vel ratione temperaturæ, uel ob eroſionem, quamobrẽ in adoleſcẽtibus maxime generatur ob ætatis laborem, exeunt enim in venationes, in bella, ſaliunt, currunt, & hac de cauſa in ipſis uenæ ruptio fit, præterea quoniam in adoleſcẽtibus copioſus eſt ſanguis, quo repleta vaſa, tenduntur & extentione diſrumpuntur, & maxime vaſa pulmonis ut qui facilẽ afficiatur, ideo expuitur ſanguis, ex quo vlcus in pulmone, ex ulcere colliquatio totius corporis, quam tabem nominant. Præterea & in conſiſtentibus generatur tabes ob temperaturam corporis, habent enim ſanguinem bilioſiorem & acriorem, corrodentem vaſa, quamobrem expuunt ſanguinem, & vlceratur pulmo, ex quo tabes. Quod autem ſermo ſit Hip. de duabus ætatibus, hoc eſt de adoleſcentibus & conſiſtentibus, patet cũ numero multitudinis appellet ætates, hanc quidem a decimo octauo ad vigeſimum quintum, illam autem a .xxv. ad trigeſimum quintum.

QVICVNQVE ab angina liberantur, ijs ad pulmonem vertitur, & in ſeptem diebus pereunt, ſi vero has effugerint, ſuppurantur. 10.

HOC loco agit de inflammatione faucium, hæ aut habẽt muſculos aperientes ipſas & claudentes, aperientes quidem exterius, claudentes autem interius, quo ſi circa interiores muſculos, fiat inflammatio, angina vocatur, ſi autẽ circa exteriores, proxima angina hoc igitur loco ſupponit inflammationẽ interiorũ muſculorũ, & hanc facientis materiæ translationẽ. Quicunque igitur ab angina liberantur ad pulmonẽ & reliqua. Vt autem euidentior fiat Apho. apponatur coniunctio, & legatur quicunque ab agina liberantur, & in pulmonem transferatur materia, hi ſeptem diebus moriuntur, ſi enim in ignobilior parte hoc eſt in faucibus erat letale, multo magis translata materia ad nobiliorem partem, hoc eſt ad pulmo-

nem, ſequetur mors facta ſtrangulatione, ſeptimo autem die inquit Hip. quoniam morbus eſt acutus, & cito iudicatur, ſeptima vero dies intelligenda eſt, non a qua facta ſit translatio materiæ, ſed ab initio morbi, ſi autem has effugerit ſecundam nauigationem, inſtituente, natura ſuppurantur quamuis etiam hoc modo raro conualeſcant.

QVI tabe moleſtantur, ſi ſpũtum quod extuſſiunt graue olet iniectum carbonibus, & capilli a capite defluunt, letale. 11.

HIC aphoriſmus ad præcognitionem attinet, tria autem nobis aſſignat, morbum malitiam morbi, & tempus exceſſus, cum enim dicat (qui tabe affectum cum autem graue olet) malitiam morbi, & ex hoc experimenta tempus exceſſus, quod letalis ſit. In his igitur facit Hip. iudicium mortis ex odore ſputi, monet enim oportere ſputum quod eiectum eſt carbonibus inicere, verum non ſtatim, ſed poſt quam prius in uas vitreum aqua plenum iniecerimus, vt ſic diſſolutum oſtendat proprium ipſius fetorem, ſi igitur carbonibus iniectum graue olet, quod extuſſiunt, letale eſt, ex hoc autem innuit locum affectum, hoc eſt ea, quæ ſunt circa thoracem, cor enim ſæpenumero ita offenditur a corruptione aeris exterioris, ut & ſequatur mors, multo igitur vehementius lædetur, & ſequitur mors, cum grauis odor ſit propinquus ipſi cordi. Maxime autem letale eſt ſi capilli a capite difluant, oſtenditur enim defectus alimenti, ex quo exiccatur corpus, uel humorum corruptio.

QVIBVS tabe laborantibus capilli a capite defluunt, ij ſuperueniente alui profluuio moriuntur. 12.

ET ut ſignum, & vt cauſa letale eſt alui perfluuium, ut ſignum quidem, quoniam oſtendit imbecillitatem virtutum naturalium, verum vt cauſa, quoniam cum aſſidue ſurgant diſſoluitur uirtus, ſi enim in iis qui integra fruuntur valetudine ſu-

perueniens alui perfluuium soluit virtutem, multo magis su perueniens subiacente tabe hoc idem efficiet.

QVICVNQVE spumosum sanguinem, expuunt ijs e pulmone fit eductio. 13.

QVIDAM codices habent, euomunt, quidam vero, expuunt, sed si quidem expuunt, apertus est sensus, quæ enim a pulmone, per tussim educuntur, si autem, euomunt, metaphorice dictum est ab iis, quæ per uentriculum euomuntur, si igitur (inquit) delatus sit sanguis spumosus, est a pulmone, nam pulmo recipit sanguinem tenuem, aereum, & sincerum, & ex hoc nutritur, hoc autem est graue, nam ipsa pulmonis substantia patitur.

pulmonem trit [illegible] sanguinem

A TABE habito alui profluuium superueniens, letale. 14

SVPERIVS quidem in tabe alui profluuium dicebat esse letale puris & capillorum mentionem faciens, hoc autem in loco simpliciter dixit alui profluuium esse letale, quod solū possit afferre mortē, sed nō celerem, vt superius dicta tabes.

QVICVNQVE ex morbo laterali suppurantur, si in quadraginta diebus purgantur a die, qua fit ruptio, liberantur, si vero non, ad tabem transeunt. 15.

MORBVS lateralis est inflammatio membranæ succingentis costas, sed ipsa si purgata sit, quadraginta diebus sedatur, si autem excedat quadragesimum diem, suppuratio trāsfertur (ut superius dictum est) hoc igitur loco de purgatione puris tractat, hoc est de eductione, si (inquit) quadraginta diebus absolute sit euacuatum pus, soluitur, si autem excedat quadraginta dies, ad tabem transeunt, nam pulmo rarus est, & spōgiosus, & non sustinet assiduam puris excretionem. putrefa-

ctionem,& acrimoniam,sed quum facile afficiatur , feruet , & vlceratur, & fit colliquatio corporis, quæ tabes , nominatur , oportet autem numerare quadraginta dies non ab initio morbi lateralis,sed post ruptionem.

CALIDVM vbi quis sæpius eo vtatur hęc mala affert, carnium effæminationes, neruorũ incontinentiã, mentis torporẽ, profluuium sanguinis, animi defectionem, hæc, ad quæ mors. 16.

CVM tradidisset modos cognoscendi , & præcognoscendi affectiones,nunc agit de causis morborũ, calidum(inquit) affert hæc mala iis,qui sæpius eo vtantur,corpis effœminationem,hoc est imbecillitatem,ducta metaphora eo fœmina genere,facit autem hanc plurimum calidum immoderata difflatione,difflans enim humiditatem,quæ continetur in carnibus exoluit ipsas(neruorum incontinentiam)hoc est imbecillitatem,calidum enim dilatat,& ipsos amplos facit cum sint densi, & angusti,& difflat humiditatem, quæ in ipsos cõtinetur, difflatione enim exoluuntur narui continentes partes,ut non amplius continere possint(mentis torporẽ) hoc est imbecillitatẽ, eadem ratione ob difflationem , affert autem & sanguinis profluuium his,qui natura sunt ad hoc propensi,defectionem autẽ ob sanguinis profluuium.In his igitur,in quibus hæc omnia , quæ commemorata sunt, fient,proueniet mors. Verum si simile simili gaudet,quomodo carnibus calidis & humidis nocẽt calidum humidum?dicimus supponi calidum immoderatum .

FRIGIDVM autem conuulsiones, distentiones, liuores, rigores febriles. 17.

CVM egisset prius de calido ut magis actiuo quã frigidũ , nunc transit ad affectiones quæ generãtur ex aqua frigida, frigidum(inquit)conuulsiones & reliqua his,quisæpius eo utantur.Hoc autem ita esse oportet,nam frigus condensat meatus , condensatione autem comprimuntur superfluitates , quę non inuenientes uiam expirandi cnouertuntur ad neruolas partes

& faciunt conuulſiones & diſtentiones ex repletione. Facit ēt ex ſiccitate conuulſiones, & diſtentiones, ſi contingat corpus eſſe ſiccum, & carere ſuperfluitatibus, cum in interiores partes penetret frigiditas, ipſa enim exiccat, cum exugat, & exprimat ut ſpongia. Facit etiam liuores, cum refrigeret & extinguat calidum innatum, uel quoniam condenſat meatus, & comprimit ſuperfluitates, quæ cum non poſſint euaporare putrefiunt, & ex putrefactione liuor conſequitur. Facit etiam rigores febriles, rigores quidem ob nimiam frigiditatem, ut patet ſenſui, Febrem autem per accidens conſequentem, uel quoniam cum meatus clauduntur, & fiat putredo, mordentur ſenſitiuæ partes, & hinc concuſſio, ex cōcuſſione concentratur calidum innatum, ex quo rigor.

Frigidum inimicum oſſibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ, calidum vero vtile. 18.

AB immoderato uſu aquæ frigidæ docet Hipp. has partes lædi, quoniam earum naturalis temperatura ad intemperiem conuertatur. Dubitat autem quidam, qua ratione oſſa inſenſibilia natura lædantur a frigore, uerum oſſa licet natura nō ſentiant, tamen non ſunt affectus expertia, cum patiantur corruptionem, eadem ratione lapis licet non ſentiat, tamen corrumpitur, & diminuitur. Rurſus dubitatur, qua ratione Hip. diſtinxit dentes ab oſſibus, nunquid enim dentes non ſunt oſſa? Verum ſciendum eſt dētes habere communem cum oſſibus ſubſtātiam craſſam, & terreſtrem & ſiccam, in hoc autem differre, quod dentes ſentiunt, oſſa uero non ſentiūt. Oportet autem hocmodo legere Aphor. frigidum inimicum oſſibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ, ut id, quod dicitur, omni medullæ conueniat. Calidum autem utile, nam quibus nocet frigiditas his conducit caliditas. Verum oportet intelligere calidū non immoderatum, id enim exoluit uirtutem, ſed moderatum.

QVÆCVNQVE refrigerata ſunt excalefacere oportet, exceptis his, quibus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt. 19.

IN superiori aphor.docebat calidum amicum esse ossibus & dentibus,hic autem reddit rationem quecunq;(inquit)refrigerata sunt excalefacere oportet,nam contraria contrariis curantur, verum hoc faciendum est, nisi symptomata sequantur, tunc enim prohibetur curatio per contrarium,verbi causa,excalefaciendus est aliquis,& prohibitus est, quoniam fluxurus est sanguis,eos igitur quibus fluxurus est sanguis calefacere nõ oportet,ne calidum fusionem faciens & rarefaciens vehementius noceat.

VLCERIBVS frigidum mordax, cutẽ obdurat,dolorem insuppurabilem facit,liuorem obducit,rigores febriles,conuulsiones , distentiones. 20.

VLCERIBVS frigidum mordax,hoc est percussiuum, non per se,sed quodammodo per accidens, nam aer frigidus primo impetu condensat & comprimit,cum igitur concludantur ichores & acriores fiant mordent, ideo mordax inuenitur frigidum.Preterea & cutem obdurat,nam cum frigidum condenset meatus,retinentur superfluitates,quæ retentæ retrocedũt ad interiora,& cum multiplicentur,faciunt plenitudinem ex qua contenditur cutis, & contentione obduratur.facit etã dolorem insuppurabilem, hoc est causas dolorem facientes, ex quibus vlcera non suppurantur,& ex hoc diuturnior dolor efficitur,facit autem & liuores febriles,conuulsiones,& distentiones,causæ autem superius dictæ sunt, verum illic supponebat hæc sine loco patiente,hic autem in loco affecto.

EST autem vbi in distentione sine vlceratione,iuuene bñ carnoso,æstate media,frigidæ aquę multa perfusio calorem reuocat,calor autem hęc soluit. 21.

IN quibus raro conducat calidum & frigidum, in hoc Aphor.& sequentibus docet, prius autem agit de frigido. est (inquit) vbi frigidum distentionem sedat, verum non promiscue, sed si sine vlcere sit, si enim cum vlcere, non solum nihil conducit, verum etiam lædit: nam frigidum vlceribus est inimicum. Rrursus si virtus sit robusta, nam si sit imbecilla, extinguitur, hoc autem ostendit, cum dicat iuuene, & si ægrotus sit bene carnosus, vt cum multum sit interuallum non penetret ad interiora frigiditas, sed in superficie maneat, & si media æstate sit, vt cōtinentis caliditas aliquid conferat, si enim hoc modo se habeat, & multa perfusio aquæ frigidæ fiat, in distentione, curat ipsam, condensat enim meatus frigidum, quibus condensatis, cum non inueniat exitum calidum innatum varie mouetur, & cum ex motu accendatur, attenuat causas ex quibus orta est distentio, & ab ea ægrotantem liberat.

CALIDVM suppuratorium non in omni vlcere, magnum ad securitatem, indicium, cutē mollit, extenuet, dolorem sedat, rigores, conuulsiones & distentiones mitigat. Et ex iis quæ ad caput attinent, eius soluit grauitatem. Plurimum aūtem confert ossium fracturis, sed nudis præcipue, eorumq́; maxime, qui in capite vlcera habent, & quæcunq́; a frigore moriuntur, vel vlcerantur. Et repentibus, comesis, sedi, pudendis, vtero, vesicæ, his calidum amicum, & iudicans, frigidum inimicum, & perimens.

22.

NVNC agit de calido. calidum (inquit) suppuratorium nam frigidum suppurationem prohibet. præterea calidum rarefacit meatus, & materiarum fusionem facit, mutat, & alterat, & concoquit, & adiuuat innatum calidum, & ideo suppuratorium est, verum non in omni ulcere, uerum in compositis ul-

ceribus hoc est chironiis, non est suppuratorium, immo grauius nocet, calidum enim in vlceribus, in quibus fluit materia, auget fluxum ex aliis partibus ex quibus composita sunt, & etiam auget putredinem. Reliquum est igitur vt in simplicibus, vlceribus, suppuratorium sit calidum, & magnum indiciũ ad securitatem, nam pus signum est tutissimum in vlceribus concoctionis, ex qua futura sit sanitas. cutem mollit & extenuat, si igitur plethoricum sit corpus, fusionem faciens, cutem mollit difflatione. Dolorem sedat, nam euacuat causas facientes dolorem, conuulsionem, & distentionem mitigat, nam procedit per affectuum contrarietatem. Præterea & rigores mitigat, quoniam euacuat, & difflat causam facientem rigorem, soluit autem capitis grauitatem nõ omnem sed eam quæ vocatur τονωδη quæ prouenit ex multis spiritibus, rarefacit enim meatus cutis, & difflat spiritus, & sedat dolores capitis. Plurimum autem confert ossium fracturis, & maxime carne nudatis, nam mitigat & fouet, frigidum enim inimicum est ossibus, & vlceribus, magis autem confert vlceribus in capite ob eandem causam, & quæcunque a frigore moriuntur, vel vlcerantur, vt in hieme calcanea, & digiti. A calido iuuantur ratione contrarietatis. Moriuntur autem hoc est grauiter, & periculose se habent, & repentibus comesis, hoc est exedentibus, hic autem conducit per accidens euacuatione flauæ bilis, vt fieri solet in iis quæ ab igne combusta sunt. Præterea & sedi, & pudendis, & vtero, & vesicæ, si enim frigidum est inimicum dictis morbis, & perimens calidum igitur prodest, & soluit.

IN his frigido vtendum vnde fluit sanguis, aut fluxurus est, non ad ipsa, sed circa ipsa vnde influit, & quæcunque inflammationes, vel inflammina ad rubrum, & subcruentum sanguine recenti tendunt: nam veteribus nigredinem affert, erysipelas etiam non vlceratum iuuat, nam exulceratum lædit. 23.

HIC Aphorismus docet prodesse frigidum his quibus fluit, vel fluxurus est sanguis, non admotum partibus manantibus sanguine, vulneribus enim frigidum mordax, sed circa ipsas, & maxime vnde fluit ad ulcera. Sedat igitur frigidum fluxum sanguinis, cum condenset meatus, & faciat, ut materiæ non facile fluant. Et quæcunque inflammationes, non solum inquit sanguinis fluxibus cōducit frigidum, uerum etiam inflā mationibus, sed non omnibus, sed his, quæ fiunt, ex sanguine florido & tenui, nam in his maior est feruor & accensio. Diuturnis enim inflammationibus a crassiori sanguine ortis frigidum nocet. Adhuc enim crassior efficitur materia, & hinc in grummos concrescit, & corrumpitur putrescens, & nigredo insequitur. iuuat autem & erysipelas non ulceratum, cum sedet feruorem, & acrimoniam bilis, & mitiget morsum, ulceratum autem erysipelas lædit frigidum, nam ulceribus mordax est.

FRIGIDA qualis nix & glacies, pectori inimica. tusses mouent & sanguinem, & distillationem. 24.

CVM sermonem habuisset Hippocra. de calida & frigida aqua, nunc etiam ad alia frigida transfert orationem, frigida (inquit) qualis nix & glacies faciunt dolores pectoris tusses, sanguinis fluxum, & distillationes. Nam vbi nix, & glacies, ibi frigidus aer, qui quidem inæqualitatem, & intemperiem infert, faucibus, & asperæ arteriæ, hinc tussis. Præterea ipso aer defertur ad costas, & in ipsis dolorem facit, deinde cum transferatur ad thoracem, condensat meatus uasorum, & hinc repletionem facit, repletione autem tenduntur vasa, & disrumpuntur, & hinc prouenit fluxus sanguinis, postea frigiditas adherens immediate capiti lædit ipsum, nam frigidum inimicum est ossibus, & neruis, cum igitur lædatur caput ob condensationem, & prohibitam transpirationem retentæ superfluitates defluunt & feruntur ad nares, & fauces, & palatum, & distillationem faciunt. Sciendum autem est Hippocra. meminisse ni-

uis, & glaciei, uel quoniam sæpenumero quidam cum sint inuenes,& innato calido confidant,utũtur ipsis, uel quod in multis locis assidue sunt,& necessario per eas homines iter faciunt,& accidit in ipsis eiusmodi fieri affectiones.

TVMORES articulorum atque dolores absq; vlcere, & podagricos quoq;, atq; conuulsa horum plurima frigida aqua large effusa leuat & extenuat, soluitq; dolorem, nam modicus torpor dolorem soluit. 25.

RVRSVS laudat aquam frigidam. quæ fiunt(inquit) in articulis,& reliqua.tumores iuuat, illos v3,qui fiunt a bile, uel a bilioso sanguine,quoniam feruorem mitiget,& morsum obtundat,uerum non iuuat omnes,sed illos, qui sunt sine ulcere, nam lædit eos qui sunt cum ulcere, cum frigidum sit inimicũ ulceribus. Præterea & podagricos affectus leuat, v3, qui a flaua bile fiunt,eadem ratione,leuat etiam conuulsa, fluxum ꝓhibens.Præterea non per se,sed per accidens iuuat,cum ab eo calidum innatum concludatur, & multiplicetur, & consumat causam facientem morbum.Conuulsum autem est solutio cõtinuitatis fibrosæ substantię musculi integra manente superficie.horum igitur plurima iuuat frigidum, & hoc aperuit, cum addidisset(plurima)ut quidam asserunt,nam conuulsa non iuuat nisi per accidens.iuuat etiam alia, & hoc innuit, cum diceret(extenuat & leuat)ratione prohibendi fluxionem, & ipsam euacuandi, cum autem superius docuerit frigidum facere dolorem,qui ex prohibita suppuratione prouenit,infert hunc dolorem ab eadem frigida solui,cum torporem generet, torpor autem soluat dolorem, hoc est sedet & sensum obtundat.

AQVA, quæ cito refrigeratur,& cito calet, leuissima est. 26.

HOC loco tradit Hipp.rationem cognoscendi optimam aquam. aqua(inquit)quę cito calet, & reliqua. uerbi causa si

admouens aquam igni, & calefiat, & rursus postquā ab igne fuerit amota, cito frigesiat, leuissima est, hoc est facile alteratur, facile distribuitur, & facile permeat, nō enim pōdere oportet æstimare id, quod leuissimum est, vt idiotis uidetur. sic quidem artificiose probatur, vulgariter autem a uisu, ab odore, a gustu.

QVI noctu bibere appetunt ijs admodum sitientibus, si superdormierint, bonum. 27.

HOC loco docet nos rationem curandi symptomatis hoc est sitis. ipsa autem fit in nocte, vel ob inopiam optimæ materiæ, vel ob caliditatem vini, vel ob ardentem febrem, vel ob multitudinem nutrimentorum & maxime salsorum, vel ob bilem confluentem ad ventriculum. Igitur ob quamlibet harum causarū valde sitientes vti debent, vel frigida uel calida aqua, ne autem utentibus ipsa difficilia quædam superueniant, si superdormierint bonum. fit enim concoctio, & liberatio sitis, si autem modica sit sitis, vel ab igneo calore pro ueniens cauendum est, ne potionem exhibeamus, nisi sitis fiat ob siccitatem.

De mulieribus.

SVFFITVS aromatum muliebria ducit, sæpius vero & ad alia vtilis esset, nisi capitis efficeret grauitatem, 28.

NVNC Hip. tradit morbos peculiares mulierum, & horum curationinem. muliebrium (inquit) retentionem suffitus aromatum curat, verum illam, quæ prouenit, ex obstructione crassioris materiæ, vel ex osculis uasornm clausis, vel ex condensatione ipsius causę, nam aer ex aromatibus vt tenuium partium, & calidus attenuat, & rarefacit, & difflat naturam facientem obstructionem, & ideo prouocantur menses, & aperiuntur ora vasorum, quæ clausa erant, suffitus autem nullo modo

curat alias retentiones,quæ proueniunt,vel ex humore consi ſtente in matricis ipſius oſculo, vel ex inclinatione colli ipſius matricis vel ex ſiccitate.ad alia autem etiam vtilis eſſet ipſe ſuffitus,hoc eſt ad exolutionem ipſius ſtomachi,& imbecillitatem ventriculi, & iecinoris,niſi capitis grauitatem efficeret, vapores enim ipſius vt tenuiores aſcendunt ad caput, & implentes ipſum grauitatem faciunt.

MVLIER vtero,gerens ſanguine miſſo ex vena,abortit,& magis,ſi fœtus eſt maior. 29.

SI mulier(inquit)in vtero habeat fœtum, miſſo ſanguine ex vena aborit,nam fœtus ex menſibus nutritur cum autem non inueniat vnde nutriatur,fame conficitur,& mouetur, & diſſoluitur,; & excidit ex naturalibus vinculis, magis autem hoc contingit,ſi maior ſit fœtus,nam maiori indiget alimento,non inuenit autem ipſo ſanguine miſſo.

MVLIEREM vtero gerentem capi ab aliquo morbo,letale eſt. 30.

RECTE dixit ab aliquo acutorum,horum enim hi quidem ſine febre, vt morbus comitialis,& apoplexia, hic autẽ cum febre,ut phrenitis,morbus latetalis, ſi igitur mulier corripiatur ab aliquo horum qui ſunt ſint febre letale eſt, quoniã ſieri non poteſt,ut ipſa ægrotans reſiſtat uehementiæ ipſius morbi,ab aliquo autem horum qui ſunt cum febre corripi pręgnantem etiam letale eſt, nam in ipſis extreme tenuiſſimo uictu utendũ eſt,infans autẽ indiget nutrimento,ſi igitur cõtẽnes fœtũ tollendę febri incumbens,eũ interficies, ſi autẽ negliges febrẽ,cũ ſępe ingraueſcat, mulierem & fœtũ nocebis.

MVLIERI ſanguinem euomenti menſtruis erumpentibus,ſolutio. 31.

MENSTRVIS autem deficientibus ſanguis ex naribus fluens,bonum. 32.

HAEC eſt Aphor. ſententia ſi retentis menſtruis mulier euomat ſanguinẽ,poſtea ſuperueniãt ipſi mẽſtrua,et euacuatã

sint, sedatur uomitus, ratione translationis materiæ, si autem deficientibus menstruis sanguis ex naribus fluat, bonum, quoniam euacuatur retenta materia, & non potest lædere.

MVLIERI in vtero gerenti si aluus plurimum profluat, periculum est ne abortiat. 34.

PRIMVM quidē quoniā non fit distributio, & ideo iecur multum sanguinem non alterat, neq; defertur ad matricē id alimenti, quo possit ali fœtus, qua propter fame confectus calcitrat & reliquū est ut excidat: uel quoniā ea, quæ sunt circa matricem humectantur, & hac de causa cum uirtus continens sit imbecilla fit torpor quidam: uel quoniam cum assidue surgant, exoluuntur uirtutes, & quum debilitantur, faciunt ut fætus excidat.

MVLIERI, quæ vterinis molestatur, aut difficulter parit, sternutatio superueniēs bonū. 35.

VTERINOS affectus dicit matricis suffocationē, quæ corpus tantum non sine sensu & motu reddit. In his igitur si superueniat sternutamētum bonum, & ut signum & ut causa, ut signum quidem, quoniam ex absoluta immobilitate totius corporis natura motum aggreditur, ut causa autem nam concussionem facit sternutamētum & ideo una cum neruosis partibus concutitur etiam matrix, quę insurgit & expellit causas prohibentes transpirationem & facientes strangulationem, uel suffocationem hac autem sunt uel sperma vel retentio menstruorum. eadem ratione iuuat etiam sternutamētum difficultatem pariendi, sed eam, quæ prouenit, ex imbecillitate uirtutis expulsiuę.

MVLIERI menses decolores, nec per idē tempus semper venientes, indicant purgationem esse necessariam. 36.

DE colores appellat multorum colorum, qui fiunt ex humoribus melancholicis, pituitosis, & biliosis. Si igitur eiusmodi menses mulieri fiant, non autem secundum eadem-

hoc eſt non ſecundum conſuetum & præſcriptum tempus, quo conſueuit euacuari mulier, ſed vel ſerius, vel tempeſtiuius euacuata ſit, purgatione indigere ſignificat, vt materia redundans vitioſa euacuetur.

MVLIERI vtero gerenti ſi mammæ graciles repente fiant, abortit. 37.

SI igitur repente, hoc eſt ſine manifeſta cauſa, graciles fiãt mammæ vtero gerentis abortit, nuntiant enim ſanguinis inopiam, ex qua interficitur fœtus calcitrans, & diſrumpens tunicas.

MVLIERI vtero gerenti ſi altera mamma gracilis fiat geminos habenti, alterum abortit, & ſi quidem mamma dextra gracilis fia, marem, ſi vero ſiniſtra, fœminam. 38.

MAS in dextro ſinu matricis generatur, fœmina in ſiniſtro, quoniam dexter ſinus calidior eſt magna ex parte ſiniſtro, hic autem frigidior dextro. Si igitur mulieri vtero gerenti, & et geminos habenti dextra mamma gracilis fiat, marem abortit, quoniam ea, quæ ſunt ſecundum rectam lineam, magis patiuntur, ſi vero ſiniſtra mamma, fœmina ob eandem cauſam ſi autem ambæ mammæ graciles fiant, vtrunq; a boertit ratione inopiæ alimenti, cum enim fame conficiantur fœtus calcitrant, & dilacerant nexus, & hoc modo mulier abortit.

SI Mulier, quæ neq; grauida eſt, neq; peperit lac habet, huic menſtrua defecerunt. 39.

NAM retenta menſtrua delata ſunt per venas quæ appellatur αμφυμσιτσ ad mammas communionem habentes cũ matrice,

trice,& quoniam mãmæ ſunt adenoſæ & albæ ad earum natu ram concoquunt & informant ipſum ſanguinem, & lac efficiunt, ſi igitur non concoquunt, etiam ſi hoc fiat, & cum non conceperint lac habeant, omnino menſes defecerunt.

QVIBVSCVNQVE mulieribus ad mammas ſanguis colligitur, furorem ſignificat. 40

SANGVIS, qui fertur ex venis quæ dicunt αμφμινεσ ad mammas lac fit ſi moderatus ſit, ſi autem copioſior ſit, quam par eſt, non alteratur, quoniam multitudine uirtutem mammarum exoluit, reliquum igitur eſt ut maneat, & putrefiat. Traſmittuntur autem ex ipſo vapores ad caput, & hac de cauſa peruertitur cerebrum & furor fit.

SI velis noſcere an mulier conceperit, cum dormitura eſt, aquam mulſam potandam da, & ſi alui tormina patietur, concepit, ſi minus, non concepit.
41.

HOC oſtenditur iudicationem conceptionis, ipſa autem fit ex aqua mulſa, verum cruda. Oportet igitur dare aquam mulſam iam cænatæ mulieri, quum dormitura eſt, & ſic ipſam iubere dormire, & ſi tormina fiant concepit, ex aqua enim mulſa vt calidiori fiunt ſpirituum diſtributiones circa ventriculum, quoniam autem matrix ſuperiacet inteſtinis pluribus, ſi mulier vtero gerit, ob intumeſcentem vterum, ſpiritus ipſi firmantur in inteſtinis, & intendunt ipſa, & hinc tormina, tum patet eam concepiſſe. ſi autem tormina non fiant, ſed pertranſeunt & difflantur ſpiritus, non concepit.

MVLIER ſi marem concepit, bene colorata eſt, ſi vero fœminam, male colorata. 42.

BENE colorata hoc loco intelligendum est, non secundum naturam sed ut in vtero gerens. Si igitur mulier bene colorata sit,& vtero gerat, marem concepit, quoniam mares magna ex parte calidiores sunt,& floridum habēt colorem, si autem male colorata est, fœminam concepit, quoniam fœminæ frigidiores sunt & male coloratæ.

SI mulieris grauidæ, in vtero fit erysipelas, lætale. 43.

LABORAT enim ex loco propinquo fœtus, cum hæc passio fiat ex materia calida,& ut facile patiens, facile perit.

QVACVNQVE præter naturam tenues existentes vtero gerunt, abortiunt, priusquam crassescant. 44.

PRAETER naturam supponit, quæ ex morbo tales factæ sunt, uel fame excruciatæ. Hoc igitur modo se habentes, si vtero gerant, abortiunt, quoniam matricis partes laborent inopia alimenti. Reliquū est igitur ut fame confectus calcitret, laceret nexus,& exeat, si autem crassescant, non abortiunt ob alimenti copiam.

QVECVNQVE mediocriter corpora habentes abortiunt secundo aut tertio mense sine occasione manifesta, ijs acetabula vteri plena mucoris sunt & non possunt ex pondere fœtum continere. Sed disrumpuntur. 45.

QVECVNQVE (inquit) mediocriter habentes corpora vel secudo vel tertio mense abortiunt, & reliqua Acetabula, idest membranæ confirmantes apertiones vasorum muoris plenæ sunt, hoc est humoris pituitosi & uiscosi,& hac de causa laxa & imbecilla fiunt. Reliquum est autem ut & virtus continens ipsius matricis debilitetur cum redundet materia pituitosa. His igitur hoc modo se habentibus necesse est omnino abortire ipsas. Secundo autem uel tertio mēse quoniam co

tempore fœtus habeat grauitatem, acetabula autem, & uirtus continens imbecille sint disposita.

QVÆCVNQVE præter naturam crassæ non concipiunt vtero, ijs omentum os vteri comprimit, & priusquam extenuentur, non concipiunt. 46.

CVM pertractasset de mulieribus præter naturam macilentis, nunc agit de iis quę sunt nimis corpulentæ, inquit enim eas non concipere, quoniam omnino semen non admittant, quum interius osculum matricis obstructum sit ab adipe, quē adipem uocauit omentum metaphorice, omentum enim adiposum est: non igitur fieri potest ut concipiant prius quam extenuentur & ad mediocritatem ueniant.

SI vterus in coxam vergens suppuratur necesse est linamentum fieri. 47.

VTERVM uocat matricem, ipsa autem habet colligationes dextras & sinistras, & ante, & retro, & superius, & inferius. Sæpe igitur fit inflammatio circa vnam ex colligationibus, quod si contingat hanc fieri circa vnam ex his, quæ sunt ad latera, hoc est circa bubones & coxam, fertur illuc matrix, & vergit ad illas partes, postea natura in pus trāsmutat, & hic abscessus exterius acuminatur circa cutem, & ab arte vel a natura disrumpitur, restat autem ut necessarium sit linamentum fieri, hoc est opus sit per linea fila carationem fieri.

FOETVS mares quidem in dextris, fœminæ vero in sinistris magis. 48.

MATRIX duo sinus habet dextrum & sinistrum diuisos membrana quadam. In his igitur formantur fœtus, sed mares quidem in dextris, fœminæ autem in sinistris: nam mares calidiores sunt, ideo in dextro sinu, ut qui calidior sit, formantur, fœminæ autem frigidæ, & ideo in frigidioribus, calidiores quidem sunt dextri sinus ob caliditatem iecinoris, sed

& dexter teſtis, & ſinus recipit purum.ſanguinẽ,ſiniſterautem ſeroſiorem,& ideo frigidior.

VT ſecundæ procidant ſternutamentum imponito,& nares apprehendito,& os. 49.

CVRANDVM eſt,ut ſecundæ procidant ob maximã vtilitatem,ne ꝑmanentes putrefiant,& difficiles morbos generent poſt colliquationem,ſternutatorium imponito naribus, Apprehende & os,ut ſpiritus ad inferiora deſcendens robore & concuſſione ſternutamenti faciat ut ſecundæ procidant.

MVLIERI vtero gerenti,tenaſmos ſuperueniens abortire facit. 50.

TENASMOS eſt continuus & violentus motus & excretio humoris pituitoſi & adipoſi cum exiguo ſtercore & modico ſanguine guttatim inſtillato. Fit autem in recto inteſtino ex pituita. Si mulieri vtero gerenti & reliqua. Hoc autem accidit,cũ aſſidue ſurgat, & ob magnã difficultatẽ excernẽdi.

MVLIERI ſi velis menſtrua cohibere, cucurbitulam quam maximam ad mammas appone. 51.

HOC loco docet rationẽ curãdi nimiã purgationem menſtruorum.Eſt autem præſens remedium cucurbicula,quam ad mammas iubet apponi,magnam autem ut vehementem faciat a matrice attractionem ad ſuperiora per venas illis cõmunes.

QVÆ vtero gerũt,ijs os vteri cõprimitur. 52

HOC neceſſario accidit, cum enim dilatentur interiora vteri facta conceptione,neceſſe eſt uteri oſculum claudi, hoc

est perangustum fieri, opposito enim modo se habent cauitates cum osculis.

MVLIERI vtero gerenti, si lac multum e mammis effluat, fœtum imbecillum significat, si vero mammæ fuerint solidæ, fœtum saniorem significat. 53.

ANTEQVAM fœtus in lucem procedat, conseruat natura lac in mammis, ut post partum copiose nutriatur. Hoc igitur lac si sit mediocre, quod ad quantitatem attinet, bene se habere fœtum indicat, si autem multum sit & ex mammis effluat imbecillum esse fœtum significat, nam ex multitudine sanguinis, qui fertur ad matricem, exoluta est facultas fœtus, & ideo maior copia delata est ad superiora. præterea fœtus cũ natura sit imbecillus, non potest alterare sanguinem, qui fertur ad ipsum, ut nutriatur sed manet ut prius, & fertur ad mammas, ideo multum lac effluit. si autem mammæ ipsæ sint solidæ, hoc est non magna mole, sed mediocre lac in se continentes, sanum fœtum indicant.

QVÆ corrupturæ sunt fœtus, ijs mammæ extenuantur. si vero rursus duræ fiant, dolor aut mãmas, aut coxas, aut oculos infestabit, & non corrũmpent. 54.

HIC Aphorismus indiget determinatione vt verus sit, hęc est autem eius sententia, Quæcunq; corrupturæ sunt fœtus ali menti inopia, ipsæ tenues mammas habent, & causa superius exposita est, si autem rursus duræ fiant, fit dolor in dictis partibus, ostenditur enim a matrice ad mãmas deriuatum esse materiam multam, ex qua & duras contigit fieri mammas, deinde materia ut copiosa trãsfertur a mammis ad alias partes, si quidem ad superiores, ad oculos, si autẽ ad medias, facit dolorẽ coxarũ, si aũt ad inferiores genuũ. Reliquũ est igitur vt fœtus non corrumpatur cum matrix idoneam habeant materiam.

QVIBVS os vteri durum est, ijs os vteri comprimi necessarium est. 55.

DVRVM fit os uteri ob inflammationem, uel ob scirrhum, quandoq; autem hoc contingit ob frigiditatem & siccitatem, quæ quidem necessario comprimunt os. Ipsa autem cõpressio differt ab ea, quæ fit ex conceptione, quoniam illa mollis est, hæc autem dura, durum autem & molle tactu cognoscere ad obstetricem pertinet.

QVECVNQVE vtero gerentes a febribus corripiuntur & fortiter calesiunt, sine occasione manifesta, difficulter pariunt, & periculose, uel abortiunt.

CVM dicat (corripiuntur) hoc est superantur, & (fortiter calefiunt) febrem continuam supponit. Si igitur mulier vtero gerens a validissima febre corripiatur, periculum est, ne abortiat, sine manifesta causa hoc, est necessaria, primum quidem quoniam febris per se ipsam periculosa est. Adhuc autem periculosior in corpore prius affecto, reliquũ est igitur uel nutriatur causa fœtus, & hoc modo augebitur febris, vel non nutriatur, & hoc grauius est, abortiet enim inopia alimenti, vel difficulter & periculose pariet, hoc est cum symptomate. Nam debilitata est virtus expulsiua, quamobrem non poterit expellere fœtum, vel febris consumpsit & expressit humiditatẽ, quæ lubricam & facilem uiam moliebatur pariendo fœtui.

IN fluxu muliebri, si conuulsio & animi defectus superueniat, malum. 57.

FLVXVS muliebris est immoderata mensium euacuatio serosior, & aquosior, qua ex re sæpe contingit fieri animi deffectum & conuulsionem, nam simul euacuantur ea quæ sunt vtilia cum inutilibus, & difflatur vitalis spiritus, quæ mala sunt, nam indicant cerebrum quidem male se habere, cor

autem laborare in hac menſtruorum enacuatione.

SI menſtrua plura fiant accidunt morbi, & ſi non accidunt, ex vtero morbi contingũt. 58.

OMNIS enim exceſſus cauſa morbi eſt, ſed dubitãt quidam, cur in primo v3 in immoderata euacuatione ſine determinatione dixit morbos contingere, in retentione aũt menſtruorum determinauit, & dixit locum patientem. Qm̃ illic quidem quamuis ſint morbi, ab utero non fiunt, ipſe.n. purus permãſit, ſed a toto corpore, cum conſecuta ſit imbecillitas, in retentione aũt menſtruorum cum fiat putrefactio, principium cõtinẽt morbi ab uteri putrefactione.

RECTO inteſtino, aut vtero inflãmationẽ patiente, vrinæ ſtillicidium accidit. Et renibus purulentis, vrinæ ſtillicidium accidit. Hepate aũt inflammationem patiente, ſingultus aduenit. 59.

RECTVM eſt inteſtinum qm̃ rectum iaceat, alia antem inteſtina in orbem iaceant, appellatur aũt ẽt princeps, quoniã videatur eſſe principium inteſt.norum, ſi igitur hoc inflammationem patiatur fit urinæ ſtillicidium, uel qm̃ ueſica particeps eſt intemperiei, & ſoluitur uirtus contentiua ipſius, uel quoniã anguſtius fit collum ipſius, & hac de cauſa guttatim emittitur urina. Verum ſi uterus etiam inflammationem patiatur hoc idẽ accidit, uel quoniam tranſmittatur intemperies ad ueſicam, uel quoniam uterus medium locum obtinet inter rectum inteſtinam & ueſicam, ſi igitur in prioribus partibus inflammetur, quodam modo in ueſicam impellitur, & anguſtius fit collum ueſicæ, & guttatim emittitur urina, ſi autem in interioribus inflmmetur, ut ad lumbos uerſus, comprimuntur inteſtina, & retentionem ſtercoris efficinet. Et renibus quidem purulentis urinæ ſtillicidium accidit, nam ſæpenumero tuberculum aliquod generatur in ipſis, & cum tempore

putrefiat, pus fertur ad uesicam, & acrimonia mordet, morsu autem excitat assidue expulsiuam virtutem, & guttatim emittitur vrina. Aestate etiam inflammationem satiente aduenit singultus, & maxime si contingat ipsum corpus hepatis inflammatione laborare, nam ex inflammatione, caliditas trahit ad se ipsam humiditatem, quæ continetur in stomacho, qui hac de causa exiccatur, & ex siccitate conuellitur, ex quo singultus prouenit.

SI mulier non concipit, scire autem velis, si conceptura sit, pannis circumtectam desubter suffias, & si odor videatur per corpus ire ad nares, & os, scito, ꝙ ipsa nõ ex se ipsa sterilis est. 59.

SI (inquit) mulier non concipiat, nõ ex se ipsa sterilis existens, sed propter virum, scire autem velis, an conceptura sit, vtendum est suffimento, quod est thus, spica nardi, casia, & styrax, & iniice in ipsum carbones, & in superiorem partem suffimenti impone eam, quæ vocatur choni, cuius superiorem partem subiice genitalibus ipsius mulieris, & sic suffias sedente ipsa in cathedra, & circumtecta pannis, & si quidem odor per interiora corporis feratur ad nares et os, corpus ab omni cacochymia est immune, & matrix, & bonam habet temperaturam, si enim siccior sit temperatura, vel frigidior, vel prauos habeat humores, condensatio, vel frigiditas, vel cacochymia prohibebunt, ne odor ascendat ad nares & os. Si autem quis roget qua ratione hoc accidat, respõdemus per venas, & per arterias, & per neruos, quemadmodum ipse aperuit in aphorismis, vna est.n.totius corporis cõspiratio, & oĩa membra simul patiunt.

SI mulieri vtero gerenti purgationes eant, fieri non potest vt fœtus sit sanus. 60.

HAEC est Apho.sn̄ia.si mulieri postq̄ conceperit, purgationes eant, fieri non põt, vt fœtus sit sanus, & merito, primum

quidem, qm̃ fœtus ſubſtãtia corrumpitur, ſecundo loco qm̃ ex euacuatione menſtruorum laborat fœtus inopia alimenti, & ideo non põt recte ſe habere. Si quis aũt dicat vſu compertũ eſſe purgari mulieres & vſq; ad quintum, & vſque ad ſextum menſem, & ideo fœtum non lædi. Sciendum eſt purgari quidẽ ſi contingat eam eſſe plethoricam, & nõ lœdi fœtum quoniam mediocris ſit purgatio, hoc aũt loco cum dicat (eant) ſupponit multam euacuationem, nam hoc verbum & multitudinem, & diuturnitatem temporis ſignificat, quę quidem ambo (vt dictũ eſt) difficillia ſunt. Rurſus dubitant quidam, qua rõne fiat euacuatio menſium, in his quæ conceperunt, cum clauſum ſit os vteri, ut neq; acumen acus recipiat, dicimus per os vteri purgari, habet.n.in ſuperficie membranas quaſdam, ſed & per collũ vteri, quemadmodum & virgines, cum aperiantur venæ, quę in ipſo enaſcuntur, & fiunt.

SI mulieri ceſſent purgationes, neq; rigor, neque febris ſuperueniat, & faſtidia incidant, indicat ipſam in vtero habere. 61.

SI enim neq; rigore, neq; febre ſuperueniente, neq; inflammatione purgationes non eant, ipſa videlicet concepit. verum ſi & faſtidia incidant, hoc eſt alienatio, orexis ſtomachi, quæ fit ab humorum varietate, quæ & pica dicitur, tunc enim oſtendi ab oĩ corpe ferri ſanguinẽ in matricẽ ob nutriendũ fœtum.

QVÆCVNQVE frigidos, & ſpiſſos vteros habent, non concipiunt, & quæcunque præhumidos, non concipiunt, extinguitur enim in eis genitura. Et quæcunq; ſiccos magis, & adurentes, nam ex defectu alimenti corrumpitur ſemen. Quæcunq; vero ex vtriſq; mediocrem habent temperaturam, eæ fœcundæ ſunt. 62.

DVAS cauſas tradit Hip. ex quibus non fit cõceptio, in-

quit igitur eas non concipere, quæ frigidos habẽt vteros, nam frigiditas, non trahit ad se semen, & quæ præhumidos habent vteros, qm̃ extinguitur semen, vt in arenosa terra fieri solet; & quæ vteros habent magis siccos, & adurentes, nam alimẽti ino pia semen corrumpitur, siccitas.n.consumit, & difflat caliditas cum igitur sint quatuor intemperies, duæ sunt oppositiones, prima quidem frigiditas & caliditas, secunda aũt siccitas & hu miditas. Reliquum est igitur, vt illę sint fœcundæ, quæ ex ambabus his oppositionibus temperaturam mediocrem sortitæ sunt, possumus ẽt alio modo ĩtelligere, ex ambabus hoc est ex temperatura viri, & mulieris, vt si calidior sit vir, fœmina frigi dior, vel econuerso, vt sit symmetria, & ex hoc fœcunditas.

SIMILITER autem & in maribus, aut.n. propter corporis raritatem spiritus extra fertur, & semẽ non transmittitur ad os. Vel propter spissitudinem humor non exit foras. Vel propter frigiditatem non concalescit, ita vt ad hunc colligatur locum. Vel propter caliditatem hoc idẽ accidit. 64.

GALENVS existimat esse adulterinum præsentem aphorismum. si.n. esset Hipp. oporteret eisdem de causis, quas in mulieribus adduxerat in fœcundum esse marem, & maxime cum dixerit (similiter aũt) verum si videtur connumerandus inter eos qui sunt Hip. hoc pacto ex ponendus est. Si mas ob nimiã difflationem non possit eiaculari semen ad sinus matricis, & hac de causa sit in fœcundus, & si siccus sit cõdensationem patiens, condensatione aũt & siccitate non fit excretio seminis, & hac de causa sterilis sit, præterea, si frigidus sit, mortuum.n. habet semen, & nõ calefit, vt colligatur in loco matricis, & ex eo generetur a ĩal. Præterea si calidior sit, hoc idem accidit, semen.n. vt calidius non põt colligi, & formari, reliquum est igitur, vt hi sint fœcundi, qui sortiti sunt temperaturam ex ambabus oppositionibus vt dictum est.

LAC dare caput dolentibus malum, malum vero & febricitantibus, & quibus præcordia suspensa murmurant, & siticulosis. Malum autem et quibus in febribus biliosæ deiectiones, & quibus sanguinis multi deiectio facta est Cõuenit autem & tabidis dare, qui non valde febricitant, & in febribus longis, & paruis, si nullum ex supradictis signũ affuerit, & ꝑter rõnẽ cõsumptis. 65.

LAC triplicem habet substantiam caseosam, oleosam, et serosam, & caseus quidem est pus ipsius crassa, & frigida, oleũ aũt calida, serum aũt est subtilium partium, & qđ facile fluat, sed qm̃ quidam decepti sunt nullo modo volentes ipsum lædere cum facile alteretur, idcirco volens Hip. excludere hãc opinionem colligit mala, quę ex ipso proueniant. Primum inquit lac plurimum lædere caput dolentes, nam ipsum generat flatuosos spiritus, qui crudi sunt, & augent dolorem capitis. verũ non totum lac hoc facit, verum caseus, malum aũt ẽt febricitãtibus, verum acute, qm̃ non concoctus addat aliquid materiæ, vel qm̃ ob partem oleosam ipsius, & calidum, augeatur febris, Malum aũt & præcordia murmurantia habentibus, uerum & hoc loco caseus qui non est concoctus, & generat spiritus, qui augent affectionem, malum aũt & sitientibus, verum serum vt calidum. Malum aũt & biliosas deiectiones habentibus, & maxime si sint cum acutis febribus, primum quidem ob eius serosam partem, quæ irritat ad excernendum, deinde ob eius oleosam partem, malum aũt, & quibus sanguinis multi excretio facta est, qm̃ multo euacuato sanguine naturales partes debilitatę sunt, exhibitum igitur lac ob crassitiem non concoquitur, quum aũt non concoquatur magnorum malorum autor erit. Cum aũt exposuisset lactis malitiam, nunc transit ad eius bonitatem cõmemorandam. inquit igitur conducere tabidis, & non ualde febricitantibus, uerum & hoc loco serosam eius partem intellige. purgat. n. pus, quod est in pulmone, cum igitur hoc purgetur, magno afficiuntur beneficio, quandoq; autem & sa-

natus ulcus.,uel quoniam ipsum lac aut humidum & quod facile distribuatur nutrit corpus , conducit etiam febribus longis,& paruis,ex hoc innuit hecticas febres, verum si nihil adsit eorum,quæ superius dicta sunt signorum,hoc est dolores capitis,suspensa præcordia,nam siccitas supponitur in corpore,lac igitur propria ipsius caliditate inflammat ipsius humorem,& conducit.

QVIBVS tumores in vlceribus apparent non conuelluntur maxime,neq; insaniunt, verum his euanescentibus de repente quibusdam a tergo conuulsiones,& distentiones fiunt,quibusdam autem ante, insania, vel dolor lateris acutus, vel suppuratio, vel difficultas intestinorum , si tumores sunt rubicundi. 65.

RVRSVS Hip.tradit rationem cognoscendi affectus, quibus(inquit) tumores in vlceribus fiunt & reliqua quoniam liberantur ab ipsa materia interiores partes,& hac de causa neque insania,neq; conuulsio sequitur,verum hoc fiet si secundū proportionem vlceris fiet tumor.Hunc autem tumorem,quando in posterioribus partibus sint vlcera,hoc est in dorso,si cōtingat,cum apparuerit statim euanescere , hoc est sine manifesta causa,non causa medicamenti, quod difflauerit, non fluxu sanguinis,materia delata ad interius genus neruosum , vel ad spinales musculos,& replens ipsos,conuulsiones facit & distentiones,quando autem in prioribus partibus est vlcus , accidat autem iustum tumorem fieri,& statim euanescere,patet ad nobiles partes delatam esse materiam , & siquidem ad cerebrum quoniam sanguinea & acris est materia,facit delirium,& insaniam,vel ad membranam succingentem costas , & facit laterū dolores & inflammationes.sæpenumero autem & materia in pus conuertitur,& fertur ad vacuos locos, & fit suppuratio , si autem translatio fiat ad ventriculum,& ad intestina,facit eam difficultatem intestinorum,quæ vocatur sanguinea,hoc autem manifestum est ex eo,quod dicit,(si rubicundi fiunt tumores.

SI in vulneribus fortibus & prauis tumor nõ appareat ingens malum. 67.

IN proximo Aphor. reiiciebat tumores, qui statim euanescerent, nunc autem reiicit, cum nulli omnio tumores appareant in prauis vulneribus, indubitata enim est suspitio ne humores confluentes ad vulnera translati sint ab his partibus ad nobiliores. reliquum est autem, vt ingens apponatur ad malum, non ut quidam dicunt ad tumorem.

MOLLES boni, crudi vero mali. 68.

MOLLES v3 tumores boni, vt concoctionem ostendentes, crudi autem difficiles, ut inconcocti, & magis nigri: boni, quoniam indicent dominium naturæ, inconcocti autem difficiles, quoniam nondum insurrexit natura ad alterationem.

DOLENTI partem corporis posteriorem in fronte recta vena incisa prodest. 69.

DOLOREM capitis sanat Hip. ad curationem enim attinet Aphor. dolor autem capitis fit vel præcipuo affectu, quando materia in illo continetur, vel per consensum, quum materia delata est ad caput, vel ab oĩ corpore repleto, vel a parte. Hoc igitur loco supponit eum dolorem capitis, qui fit affectu primario, & ipsum curat incidens venam rectam, quę est in capite, ipsa autem quum incidatur aperte sanat eos, quibus posterior pars capitis dolet ratione auersionis & translationis materiæ.

RIGORES incipiunt, mulieribus quidem ex lumbis magis & per dorsum, ad caput, sed et viris parte corporis posteriori magis quam ante

riori, veluti si fœmorum, cabitsi, sed & cutis rara, indicio autem est pilus. 70.

RIGORES vocat non compositos, qui constant ex concussione & refrigeratione, sed eos qui solum ex refrigeratione hos igitur mulieribus magis ex lumbo & dorso incipere cõtingit, ex lumbis quidẽ, quoniam frigidissimus est locus, vt valde neruosus, deinde ex dorso, quoniam diffundatur frigiditas per continuum, & hinc transmittatur ad cerebrum, hinc fit uniuersalis refrigeratio. Hominibus autem contingit posteriore parte corporis magis fieri, quam anteriori corporis, vt cubitorum & fœmoris, posteriores enim partes corporis vt neruosæ frigidæ sint, vt frigridæ autẽ faciliores sunt vt in vniuersum refrigerentur. Siquis autem dubitaret qua de causa partes ante riores sint calidiores posterioribus, causam affert Hip. nam an riores partes rariorem habent cutem, rarefactio autem prouenit ex caliditate, rarionem autem esse ostẽdit pilus, omnino.n. in anterioribus partibus enascitur pilus non alia ratione, quam rarefactione meatuum.

A quartanis capti non admodam a conuulsionibus capiũtur, si vero prius capiantur, & quartana superuenerit, liberantur. 71.

CVM dixit (capiuutnr) conuulsionem a multitudinẽ ostẽdit, ipsum enim uerbum extensionem temporis significat sermo igitur est de ea cõuulsione, quæ ex plenitudine est, hæc.n. in diuturnũ tempus protrahitur. Has igitur conuulsiones quartana non solum non permittit fieri, verum etiam si fiant & illa superueniat, soluuntur. Nam quartana excernit & concoquit humorẽ crassum & pituitosum, excernit autem rigore, concoquit autem ratione caliditatis febrilis, quæ superuenit regori.

QVIBVS cutes circũẽdutur aridæ & siccæ, sine sudore moriuntur. Quibus vero raræ, &

& laxæ, cum sudore moriuntur. 72.

HAEC eius sententia. In his qui iudicandi sunt, & absoluēdi vel ad sanitatem, vel ad mortem, in quibus quidē cutes sunt aridæ & laxæ, hoc est exiccateæ, sine sudore absoluuntur, & si quidem facilis tolerantia consequatur ad sanitatem, si vero difficilis, ad mortem, in quibus autem laxæ & raræ, cum sudore absoluuntur, si quidem facile ferunt ad sanitatem, si autē difficulter ad mortem. Sed illi quidem sine sudore absoluuntur ob inopiam humiditatis, hi autem cum sudor, eob contrariā cām.

QVI regio morbo laborant non multū uentosi sunt. 73.

REGIO morbo laborantes appellat eos, qui ad regium morbū naturalem habent inclinationem, vt tabidos qui ad tabem, ii quidtem calidiores sunt, rursus autem flatuosos appellat eos qui abundant spiritibus ob pituitosum & frigidum humorem hoc autem (non valde) idē est quod non omnino. flatus enim a frigida materia fiunt, hi autē calidissimi supponūtur, caliditas autem non generat flatus, si autem generat, etiā ipsos difflat, verum non multum flatuosi sunt, hoc est nō omnio, cōtingit.n.& in ipsis aliquādo gnerari flatus ex imbecillitate partiū, quæ ad nutritionem attinent, quibus ægrotātibus cibi nō concoqunntur, & flatus gnerantur, & ideo flatuosi sūt.

PHILOTHEI

COMMENTARIA IN SEXTVM APHORISMORVM HIPPOCRATIS, LVDOVICO CORADO INTERPRETE.

IN longis leuitatibus intestinorum , si ructus acidus fiat , qui prius non erat, signum bonum .



N hoc Aph.agit Hip.de superueniētibus , superueniens autem quadruplici ratione dicitur , vel enim morbus morbo,vt morbo laterali febris superuenit , vel morbo symptoma,ut febri dolor capitis,uel symptomati morbus,ut dolori capitis siccitas uel symptomati symptoma, ut uigiliæ dolor capitis.Supponit igitur morbum quę est leuitas intestinorū,& ex morbo superueniens symptoma,qui est,ructus acidus. Verum ipsa leuitas intestinorum prouenit uel ab ulcere, quod est in superficie intestinorum,uel ab imbecillitate continentis uirtutis per intemperiem frigidam extinguentem ipsam , uel ab humore frigido redundante,& hoc ipsum faciente.Hoc igi tur loco sermo est Hip.de ea leuitate intestinorum , quæ prouenit ex imbecillitate continentis uirtutis, ipsa enim , si etiam simul est acidus ructus procedēte affectu statim sedatur, in hac igitur longa intestinorum leuitate , si ructus accidus superueniat,cum is prius fieri non posset,signum bonum,ab aperta læsione in obscuram transmutatus est morbus,& ab absoluta cruditate ad aliquam concoctionem uenit,nam cum leuitas intestinorum fiat ex intemperie frigida , quæ est in uentriculo & in

in intestinis & extinguat facultates, facit, ut nulla omnino fiat concoctio. Igitur cum apparuerit ructus acidus bonum est signum, tanquam in parte sit concoctio, fiat læsio ex eo quod ex aliqua parte non est concoctum, & iam apertum est cibum mutationis principium accipere.

QVIBVS nares natura humidiores, & genitura humidior, minus integra sanitate fruuntur, quibus vero contraria salubrius degunt. 2.

CVM dicat (nares humidiores) cerebrum innuit, cum autem (genitura humidior) totum corpus. Quibus igitur cerebrum humidum, & eodem modo totum corpus, minus integra fruuntur sanitate, multa enim humiditas in cerebro, vel superat ipsum, & fiunt gruitates capitis, morbi comitiales, vel expellitur ab ipso uel ad sensus, & ipsos lædit, vel ad fauces, & parit distillationes, vel ad inferiores partes, & varios morbos generat. Si autem in toto corpore humiditas est, fiunt febres ex putredine, & morbi ex eo prouenientes. Reliqui autem quibus neq; nares humidæ neque humida genitura, salubrius degunt, cum careant superfluitatibus, vel quoniam (vt alibi dictum est) squallores pluuiis sunt salubriores.

IN longis difficultatibus intestinorum inediæ ex fastidio, malum, & cum febre, peius. 3.

DIFFICVLTAS intestinorum est vlceratio intestinorum, si ergo ipsi diuturnæ superueniat inedia, hoc est absoluta inappetentia, malũ, ostendit .n. extinctionem earum facultatum, quæ ad nutritionem attinẽt, per consensum, si autem & febris sit adhuc peius, ostenditur enim putredinem esse in vlceribus, vel iustam inflammationem.

VLCERA circumglabra praua sunt. 4

CIRCVMGLABRA vlcera vocat ea quæ sunt inæqualia

& pilis nudata. Hoc igitur circumglabra ulcera mali moris sunt, nam difficulter ad cicatricem perueniunt, cum humor vitiosus in interioribus partibus existens radices pilorum incidat, ut in salsa terra herbas.

DOLORES qui sunt in lateribus, & pectoribus atque aliis partibus, an multum differant, perdiscendum. 5.

CVM sciat Hip. fundamentum curationis esse cognitionem morbi, magnopere laborat ut ipsum cognoscamus, & nūc quidem ex loco & ex dolore rationem cognoscendi tradit. A doloribus (inquit) perdiscendum est an multum differant, vel ratione loci patientis, uel ratione morbi, vel ratione causæ, siue in latere, siue in pectore, siue in alia parte sit dolor, cū enim in lateribus sit dolor si quidem dolor sit pungitiuus indicatur affectio membranæ succingentis costas, si autem cum sensu grauitatis, musculi & neruosa pars. Et si quidem dolor sit magis pungitiuus, materia est mordens, si autem maior est sensus grauitatis, humor est crassus & pituitosus, & si quidem magnus est dolor indicat magnum esse morbū, si vero paruus paruum. Idem igitur & de reliquis partibus dictum sit.

RENVM & vesicæ uitia in senioribus difficulter sanantur. 6.

VITIA appellat vlcera, inflammationes, & quamlibet aliam affectionem, hæc igitur in utra duarum partium, hoc est vesicæ & renum generentur, magno negotio sanātur, hoc est difficulter, quoniam ipsæ affectiones indigent quiete, opus autem renum & vesicæ nunquam cessat. Præterea quoniam ipsę partes infestentur acrimonia earum superfluitatum quæ per ipsas euacuantur, difficillime autem sanantur in senibus ob imbecillitatem facultatis eorum.

DOLORES ventris & tumores ſublimes leuiores. qui vero non ſublimes, fortiores. 7.

VENTREM dicit eum, in quem cibi ingeruntur, tumorem autem omnem molem, qui autem ſublimes fiunt, appellat eos, qui ſunt circa abdomen, hoc eſt circa muſculos, qui ſunt iuxta imum ventrem & cutem, non ſublimes autem, qui ſunt circa ipſum ventrem & inteſtina. Quicunque igitur dolores & tumores circa ventrem fiunt leuiores ſunt, hoc eſt mitiores, qui vero non ſublimes ſunt, fortiores ſunt, cum in nobilioribus partibus proueniant.

AQVA intercutem laborantibus ulcera in corpore facta difficulter ſanantur. 8.

IN ea quidem, quæ anaſarca uocatur, quoniam ad cicatricem non perueniant vlcera ob redundantem humiditatem, vlcera enim ſiccis magis gaudent, in ea autem quæ vocatur a ſcite, & in ea quæ uocatur tympanita, non ob redundantiam humidi, ſed quoniam imbecillæ ſint facultates, cum corpus non nutriatur, vel quoniam acrior ſit humiditas naturæ inſeruiens.

LATÆ puſtulæ non admodum pruriunt. 9.

PVSTVLARVM ſiue tuberculorum, aliquæ quidem acutiores aliæ autem latiores. Acutiores igitur puſtulas & tubercula & calidiſſimus & acutiſſimus humor efficit qua de cauſa & mordentes pruriunt, latæ autem hoc eſt humiles non admodum pruriunt, quoniam humor ipſas efficiens, cum pituitoſus ſit, minus habet acrimoniæ.

CAPVT dolenti et circumdolenti, pus vel

aqua, vel sanguis effluens per nares, aut aures, aut os, morbum soluit. 10.

NVNC ex duabus formis doloris capitis, exercet nos in eo qui est proprie ipsius capitis, & supponit illum proueni re ex materia, quæ est in capite, sed dolor quidem in parte iu dicat uel abscessum uel inflammationem. dolor autem in toto capite spirituum vel humiditatis abundantiam, & si quidem pus effluit soluit dolorem capitis in parte, verum non omnem, sed eum qui est ex abscessu, si autem aqua uel sanguis, soluit dolorem capitis qui est in toto, verum non omnem, sed eum quę est ex multitudine humiditatis causa enim faciens dolorem capitis euacuatur, & expellitur.

ATRA bile vexatis & renum passionibus hæmorrhoides superuenientes, bonum. 11.

MELANCHOLICI abundantia humoris melancholici perturbantur, laborantes autem renum passionibus crassa & feculenta materia. In ipsis autem hæmorrhoides cum fiant, iure bonum est quoniam euocant, tanquam fecem, a qua magnopere lædebantur.

A DIVTVRNIS hæmorrhoidibus sanato si vna non seruatur, periculum est aquam intercotem vel tabem aduenire. 12.

CVM hepar transmittit ad hæmorrhoidas sanguinē feculentum & melancholicum, cum apertæ sint, ipsum euacuāt. Si igitur quis prohibebit ne illac feratur sanguis, & maxime cum diu latus sit, si ocludantur venæ, vel ad cicatricem per ducantur, bonum est: quoniam sanguis euacuatus immodice infert animi defectum, & alia difficilia, verum contra, si retineatur sanguis, tabes vel aqua interius efficitur, si enim diuturnæ sint hæmorrhoides, quoniam materiam hunc naturalē impetum accepit, ut illuc ferretur, & natura consueuit ex ea parte purgare superfluitates, cum nuper prohibita sit, impedi-

mentum illud, durum efficiet hepar ex multitudine, & extinguet caliditatem quæ in ipso est, & prohibebit ne sanguis generetur, & ex hoc aquam inter cutem generabit. Præterea & tabem cum materia per hepar ad pulmonem transeat, quæ cum illuc peruenerit, rumpit venulam illam & tabem facit. Reliquum est igitur, ut etiam unam oporteat relinquere, nec omnes sanare, ut per ipsam euacuatur feculenta pars, & cacochymia, hæpatis, ne difficillimę affectiones fiant.

A SINGVLTV habitum superueniens sternutatio liberat. 13.

SINGVLTVS est motus cõuulsiuus stomachi, fit autem vel abeuacuatione, uel a repletione, ut & cõuulsio. Nunc autẽ etiã supponit singultum a repletione. Si (inquit) sternutatio superueniat, liberat ægrotum a singultu, nam concutitur cerebrum, & totum corpus, maxime autem stomachus, ob neruorum abundantiam, vehementi autem concussione excluduntur, & euacuantur humiditates, quæ erant in stomacho singultum efficientes.

AB aqua intercutem habito, si aqua per uenas in ventrem defluxerit, soluiter morbus. 14.

HOC loco inquit si sit aqua intercus, & maxime ascite, & multa aqua defluat, ex naturalibus uasis hæpatis, hoc est portis ad intestina, & per hæc deferatur, liberatur ægrotus ab aqua intercutem, nam nihil amplius accedit illi humido, quod vere est in medio abdominis & intestinorum, cũ sit euacuata, sed potius, sperandum est illud etiam tempore difflandũ esse, cum amplius augeri nõ possit. Sciendũ aũt est Hip. ipsum hæpar venas vocauisse, cũ a parte totum indicauerit. Etenim hæpar est venarum principium, & ab ipso euascuntur.

ALONGO alui profluuio habito, spontaneus vomitus superueniens, bonum. 15.

SPONTANEVM vocat eum, qui est sine manifesta causa, hoc est cum medicus nullo modo ipsum excitauerit, sed naturæ prouidentia. Si igitur subiacente alui profluuio diuturno sine manifesta causa consequitur morbus, soluit ipsum alui profluuium ratione auersionis.

A MORBO laterali vel pulmonia habito, alui profluuium superueniens, malum. 18.

CVM dicat (habito) ostendit vehementer affligi ægrotãtem, si igitur hoc modo affecto alui profluuium superueniat, malum, ostenditur enim iecur affectum esse una cum organis inseruientibus respirationi, cum enim eo in loco non fiat alimenti alteratio, ob imbecillitatem consecutum est alui profluuium. Hoc modo igitur alui profluuium malum est his, qui ab eiusmodi morbis vehementer affliguntur, in his enim, qui mediocriter sunt affecti aliquando contingit ut bonum sit ratione translationis.

LIPPIENTEM alui profluuio corripi, bonum. 19.

BONVM est non vt signum sed ut causa, redundans .n. & faciens lippitudinem euacuatur. Simul etiam ad inferiora euertitur, cum igitur euacuetur bonum est.

VESICA discissa, aut cerebro, aut septo, aut aliquo ex tenuoribus intestinis, aut ventriculo, aut iecore, lætale est. 20.

CVM igitur dicat (discissa) ostẽdit diuisionem ad interiora. Inquacũque igitur harum partium quæ dicta sunt diuisio adinteriora fiat, letale est, quoniam in nulla harum partiũ ad cicatricem perueniatur, semper enim euacuantur hæ partes, quoad natura non quiescat, ut ad cicatricem perducat, hoc autem fieri non potest, quinimmo cicatricem præuenit mors ob dignitatem partium. Dubitant autem quidam, qua ratione in extractione calculi, cum per medium diuidatur vesica non

corrumpatur animal, uerum non diuiditur uesica, sed collum uesicæ, quod & carnosum est, & ideo non interit animal.

CVM discissum fuerit os, aut cartilágo, vel neruus, aut genæ particula tenuis, vel præputiũ, neq; augetur, neq; coalescit. 21.

AVGMENTVM est repletio eius, q̃d deest, symphysis aũt labrorum distantium conglutinatio. in quacunq; igitur harum partium per medium fiat diuisio, merito neq; augetur neq; coalescit, ossa quidem ob excessum siccitatis, ut semper radicem non habentia, reliquæ aũt ptes non solum quia neruosę sunt, & tenues, sed ẽt q̃m eorũ labra distẽt, & cũ inuicẽ pforent, neq; parũ, neq; oĩno dicere possumus, q coalescãt, cũ ex semine gñata sint. Sciendũ aũt est genæ tenuẽ esse pticulã, cutẽ mediam inter mandibulam superiorem & inferiorem, iuxta quã est musculosa latitudo, præputium aũt extremum glandis.

SI in ventrem sanguis præter naturam effluxerit, necesse est suppurari. 22.

NONNVLLI codices hñt articulum, nonnulli aũt, nõ hñt, & si quidem hñt, de eo ventre sermo est, in quem ingeruntur cibi, si aũt non hñt, de oĩ, cauitate, in utroq; aũt uerus est sermo, cum n. effundatur corrumpitur, nã sanguis genitura, & lac extra propria uasa in grummos degenerant, & putrefiunt.

IN insanientibus si varices, vel hæmorrhoides superuenerint, insaniæ solutio. 23.

NVNC insaniam uocat melancholiam, quæ ab humore melancholico prouenit, quæ. n. proprie insania est, priuatio discursus, quæ fit ab atra bile, subiacente igitur atra bile, si uarices, & reliqua, fit insanię solutio rõne excretionis ipsius humoris, & translationis, & translatio quidem ostenditur ex uaricibautus, excretio em & hæmorrhoidibus.

QVÆCVNQVE dolentia, & rupta ex dorso ad cubitū descēdūt, venę sectio uitæ. 24.

HOC loco inquit si fiat dolor, & reliqua, oportere secare venam, quæ est in cubito, nam fluxit materia, quam oportet euacuare per conuenientes locos, si quis autem quærat quomodo descendat ruptio ex dorso in cubitum, sciendum est Hipp. dicere non ruptionem, sed dolores per consensum descendere, cum materia illac conuertatur.

SI timor atq; mæstitia longo tempore perseuerent, ex eo atra bilis significatur. 25.

MELANCHOLICVS humor caliginosus aggrauat spiritum animalem, qui est in capite, cum per vapores deferatur, & facit timorem, facit etiam mærorem, refrigerat innatum calidum, vt autem crassus cōsistentia etiam diuturnos morbos significat, si igitur timor & mæstitia multo tempore obtineāt, iure hoc melancholicum est, & hac de causa arte quadā prædicit hunc melancholicum euasurum patiente cerebro, cum ad ipsum deferatur humor melancholicus.

SI quod intestinorum graciliūm discindatur non cohalescit. 26.

CAVSA dicta est in euo Aphoris. cuius inicium cum discussum fuerit os.

ERYSIPELAS ab exterioribus verti ad īteriora, non est bonum, ab interioribus autem ad exteriora, bonum. 27.

NON erysipelas solum, sed quilibet alius affectus ab interioribus ad exteriora conuersus, bonus est, quoniam in ignobiles partes translatio fiat, illud autem malum, quoniam ab ignobilioribus partibus ad nobiliores translata est materia.

QVI in febribus ardentibus tremores fiunt delirio soluuntur. 28.

TRIA principia sunt in corpore cerebrum, cor, hæpar, & nobilissimum quidem est cerebrum, nobilius autem cor, nobile vero hæpar. & ex cerebro quidem nerui, ex corde arteriæ ex hepate venæ, quamobrem neruos vt nobiliores natura in interioribus collocauit, venas autem vt ignobiliores insuperficie, arterias autem in medio. His igitur sic se habentibus si in ardentibus febribus dolores fiant delirio soluũtur, causæ enim morbum facientes in neruis quidem sunt, ex quibus tremores, & mentis alienatio, hoc est delirium principii est, quod simul patitur, uerum soluit delirium in malo, quoniam principales partes recipiunt materiam.

QVICVNQVE suppurati, aut aquam inter cutem patientes secantur aut vruntur, si pus aut aqua vniuersim effluxerit oẽs moriuntur. 29.

HIC Aphoris. rationem curandi tradit, & ad manuum operationem attinet. suppurati sunt qui copiosum pus habent collectum in vacuitatibus thoracis, aquam intercutem patientes sunt illi qui habent humidum in medio abdominis & intestinorum. Hi igitur cum secantur, si vniuersim euacuantur, omnino moriuntur, nam subitæ mutationes periculosæ sunt, vt dissoluentes facultatem, vel quoniam in vniuersa euacuatione euacuantur spiritus animalis. s. & vitalis ex quibus sequitur mors. Hac de causa non oportet vniuersalem esse hanc euacuationem, sed in proportione virtutis.

EVNVCHI neq; podagra laborant, neque calui fiunt. 30.

NON laborant quidem podagra, quoniam in ipsis nõ fiat ebullitio materiæ & motus, ex quo consueuit natura insurgere et expellere materiam ad ignobiliores partes, hoc est ad pedes hoc autem fit, nam uenereis non vtuntur, nõ caluescunt autem, quoniam similes fœminis sunt, & habent multam humiditem redundantem & cõfluentem ad pilos, ex qua pili nutiunt, & irrigant. Eunuchi aũt nr̃i tpis & podagra laborãt & caluifiũt ob otium, & luxum, & ob ingentem uini, q̃ potant, ardorẽ.

MVLIER podagra non laborat, nisi menstrua defecerint. 31.

MVLIERES podagra non laborant, qm̃ euacuatione menstruorum non habent abundantiam humorum, si aũt contingat ipsis retineri ea podagra laborãt cum cacochymia sint repletæ, quã cacochymiam natura vt inutilem expellit ad ībecillas ptes, & inutiles, & ignobiles, & hac de cã gñat̃ podagra.

PVER podagra non laborat ante vsum venereorum. 32.

PVERI podagra non laborant ante vsum venereorum ẽt si excrementicii sint ob victus intemperantiam, qm̃ nõ fiat in ipsis ebullitio retentione venereorum: verum post vsum venereorum podagra laborant rõne ebullitionis & motus venereorum, quæ quidem cũ fusionem materierũ faciant lædũt pedes si contingat ipsos facile affici, & podagram pariunt.

DOLORES oculorũ meri potio aut balneum, aut fomentum, aut venæ sectio soluit, aut medicamentum. 33.

LIPPITVDO fit vel affectu primario, vel per consensum, præcipue quidem affectu, vt cum materia existens in oculo perturbat, vel crassa & quæ difficulter remoueatur, vel tenuis & acuta, ut qñ in ipso est nuda intemperies minimã habẽs materiam. Per consensum aũt, vt cum simul afficitur oculus cũ vna parte, uerbi gratia cerebro, vel aliqua alia eiusmodi parte multitudinẽ habente materiæ, vel cum totum corpus laboret, vel qualitate, vel quantitate humoris, vel intemperie. cum igit̃ differentes sint causæ lippitudinis, differens est curatio ẽt eam quidem lippitudinem quæ per consensum lædit rõne quantitatis, curat venæ sectio rõne euacuationis, eam aũt quæ est rõne qualitatis, purgatio, cum.n. purgetur causa, & dolor statim sedatur, eam aũt, quæ est affectu præcipuo rõne crassitudinis, meri potio soluit, quum calefaciat & attenuet, & difflet materiã uel qm̃ humectet, & temperet, intemperiem aũt balneũ eadẽ rõne.

BALBI ab alui ꝓfluuio maxime capiũt. 34.

NATVRALIS locutio fit aliqñ quidem, cum lingua feratur ad inciſorios dentes, & fortior exiſtés firmetur, alio aũt modo quum reuerberetur ad ſuperiora, differenti.n.motu differentem ẽt locutionem efficit. Sciendum aũt eſt duos fieri affectus circa vocem κλαγγον & βραγχον, circa locutionem autem pſelum, & traulum. Balbuties aũt aliqñ fit, cum lingua facta ſit breuior q̃ par eſt, & que non præuenerit, ut recte firmetur ad inciſorios dentes, quod quidem rarum eſt, aliqñ cum lingua ſit mollior & humidior, vel per ſe ipſam, vel ob cerebrum, cum.n. aggrauetur multitudine non põt reuerberari, & hac de cauſa balbuties prouenit, de qua etiã ſermo eſt Hip. quicunq; igitur balbi hoc modo fiunt, hi alui profluuio facile capiuntur, cum enim cerebrum humectet linguam, ex qua balbuties fit, deſcendit fluxio in ventriculum, quam diuturnam ſequitur alui ꝓfluuium. cum aũt lingua humidior ſit natura, & vẽtriculus iure ſit eiuſmodi, vt qui altera tunica cõionem habeat cum lingua, huius proprius affectus eſt diuturnum alui profluuium.

QVI aridum ructum eructant, non valde laterali morbo corripiuntur. 35.

ACIDVM ructum eructantes non valde morbo laterali corripiuntur, acidus.n.ructus gñatur, vel ob frigiditatem exiſtẽtem in ventriculo, vel ob pituitoſum humorem redundantem in ipſo fundo uentriculi, cum igitur hoc mõ ſe habeat, iure in eructantibus acidum ructum non fit morbus lateralis, morbus enim lateralis ex flaua bile gñatur, verum qm̃ quamuis raro, prouenit ẽt ex humore pituitoſo, ideo dixit Hip. non valde.

QVICVNQVE calui fiunt, iis magnę varices non fiunt, quibus vero caluis varices magnæ ſuperueniunt, iis rurſus capillati fiunt. 36.

CALVOS nunc appellat non proprie caluos, ſed eos, qbus ob affectum capilli decidunt, uerbi cã ob alopeciã, vel ob ophiaſim, hi aũt laborãt his affectibus ob redũdãtiã uitioſorũ

humorum in superioribus partibus circa caput, qui ob prauam qualitatem incidunt pilos, & hos pariunt affectus, qui igitur calui hoc modo fiũt, uarices magnas hoc est uenarum latitudines in cruribus & femoribus non habent, qm̃ in superioribus partibus redũdat humor, si aũt apparuerint uarices magnę rursus capillati fiunt, cum ea quæ sunt circa caput liberata sint a cacochymia, & ad inferiora translata sit materia.

AQVA inter cutem laborantibus tussis superueniens, malum. 37.

IN principio quidem morbi tussis superueniens nihil mali facit, quoniam non paruum est interuallum, posterius autem superueniens ẽt magnum malum, indicatur.n.usqueadeo auctã esse humiditatem, vt ẽt asperam arteriam occupauerit, hinc tussis & periculum est ne suffocetur ægrotans, uel ostenditur spirituum abundantia, a quibus cum comprimantur partes respirationi seruientes tussis fit.

DIFFICVLTATEM vrinæ secta uena iuuat, secare vero interiores. 38.

VENAE sectionem hoc loco tali incisionem uocat, interiorem aũt eam quæ per rectam lineam aduersa est renibus, ipsa igitur cum incidatur per sanguinis missionem soluit difficultatem urinæ, eam v3 quæ est ob inflammationem, & hac de cã cum liberamur ab inflammatione, laberamur ẽt ab urinæ difficultatę. uenæ aũt sectio nullo modo soluit alias urinæ difficultates, quæ uel ex uesicæ imbecillitate proueniunt, uel ex cõuulsiua dispositione, cum musculus omni ex parte comprimatur, uel ex calculi obstructione.

AB angina habito, si tumor in collo fiat, bonum: foras enim morbus deducitur. 39.

CAVSA est aperta nã materia a nobilioribus patrtibus ad ignobiliores translata est.

CANCROS occultos melius est omnes non curare: curati enim cito pereunt, non curati autem, longius tempus perdurant. 40.

CANCER est durus quidam tumor, vocatur autem cancer a cancro animali, vel quoniam ferina sit hæc passio, prouenit autem ab atra bile dominante, vel a flaua bile superassata sed horum hi quidem sunt manifesti, hoc est in superficie corporis existentes, hi autem occulti, hoc est in interioribus partibus corporis existentes, quos ne curemus, hortatur, si enim exquisitam curationem adhibeamus cito moriuntur, quoniam cū ipsi curentur, vel incissione, vel combustione, quæ pertingant vsq; ad interiores partes corporis, multa alia consequetur symptomata, quibus natura non valebit ressistere, si autem non curati permaneant, hoc est parum curati, solum enim accipientes a medico ea quæ ad abluendam saniem pertinent, longo tempore perdurant, quoniam mitior fiat ferina bilis.

CONVVLSIO fit vel ab euacuatione, vel a repletione, sic & singultus. 41.

A repletione quidem hoc modo implentur nerui ab humoribus crassis & lentis, impleti autem intēduntur & ex hoc conuelluntur vt chordæ, ab euacuatione autem hoc modo exiccātur nerui & contrahuntur ad se ipsos eodem modo & singultus, si quidem conuulsiua dispositio in stomacho consistit.

QVIBVS dolor circa præcordia fit absq; inflammatione, ijs febris superueniens morbum soluit. 42.

PRAECORDIA in vniuersum hypocondria uocat, fit autem in ipsis dolor vel ob frigidam intemperiem, vel ob humoris crassitudinem, vel ob crassorum spirituum abundantiā, si igitur sine inflammatione & similibus fiat dolor circa præcordia sed fortasse uel ob spiritus vel ob crassitudinem materiæ, vel ob frigidam intemperiem, superueniens febris soluit dolorem, cum resoluat crassum, & extinguat intemperiem dit-

QVIBVSCVNQVE suppuratio existens in corpore non innotescit, ĳs ob crassitudinem puris aut loci non innotescit. 43.

NVNC est sermo de abcessibus, hæc est autem eius senten-
tia, si abscessus non manifestantur, hoc est non acuminantur, in
dicant vel crassitudinem puris, vel cutis, crassitudo enim vt in
interioribus iacens nunquã acuminatur, & cutis, si contingat
eam habere crassitudinem non permittit ipsum acuminari. Si
igitur suppuratio est in corpore, vel abscessus, & non acumina
tur, his de causis nõ acuminatur, cognosces autẽ ipsum, quãdo
suppurabitur, ex inæquilitate rigoris & inordinata febri, ser-
mo igitĩ ad chirurgos attinet, ut itelligat, quid illis faciẽdũ sit.

MORBO regio laborantibus si fiat Hepar durum, malam. 44.

CVM inflammatio existat in Hepate, in ipso fit intemper
ies, ex qua bilis generatur, quæ cum per totũ corpus deferatur
morbum regium efficit. cum autẽ postea is perseueret, si tẽpo-
re cõtingat, ut colligatur crassus humor, & ex hoc durũ fiat he
par, malũ, quoniã necessario supueniat malus habitus uel aqua
intercus, cũ hepar male agat & nõ conuertat cibũ in sanguinẽ.

QVICVNQVE lienosi ab intestinorum difficultate capiuntur, ĳs superueniente longa difficultate intestinorum, aqua intercus aut leuitas intestinorum aduenit, & moriuntur. 45.

LIENOSI sunt illi, qui habẽt in splene tumorem ex hu-
more meláncholico, hi igitur cum causa naturaliter euacuetur,
capiuntur ab intestinorum difficultate ex feruore humoris.
Quæ quidem si breuis est, bonum est, si vero pretrahatur, non

est bonum, aqua enim inter cutem superuenit ipsis, vel leuitas intestinorum, et moriuntur, aqua quidé inter cutem, nam multũ euacuatione debilitatur hepar, cum simul euacuetur calidũ innatum, sæpe numero autẽ debilitatur etiam ventriculus eadẽ ratione & fit leuitas intestinorum.

QVIBVS ex vrinæ stillicidio ileos superuenit, in septem diebus pereunt, nisi febre superueniente satis vrinæ fluxerit. 46.

QVIDAM diccunt ex, ileo fieri vrinæ stillicidium hoc modo obstruuntur crassa intestina a crassis & lentis humoribus, cum ipsa obstruantur, non fit distributio ad hepar, cum autem non fiat destributio, neq; generantur humores. reliquũ est igitur vt neq; fiat vrinæ separatio, hac de causa vrinę stillicidium fit, quod etiam est difficile, septem igitur diebus pereunt, si febris nõ superueniat, si enim superueniat, fusionem facit humoris, & attẽuat, & incidit ipsum, & ab obstrutione liberat partes, in quibus impactus est humor, & magna vel copiosa fit excretio vrinæ, quod quidé est bonũ, sic opinati sunt quidã. Hip. autẽ ex urinę stillicidio ileum supponit, & recte, etenim primũ urinæ stillicidium informatur ab ileo, contingit enim usq; ad quatuor uel quinq; dies í intestinis esse obstructioné, & ileum nõ esse manifestum. urinæ aũt stillicidium primo sic apparet.

VLCERA, quæcunq; annua sunt, aut ẽt diuturniora, os abscedere est necessarium, & cicatrices cauas fieri. 47

VLCVS diuturnũ fit ut annuũ, uel ẽt lõgiori tpe protractũ, vel ob humidam materiam ad ipsũ cõfluenté, uel ob intéperié, uel ob erosioné quandã, & putrefactioné, quę in ipso facta est, quæ nõ solũ carnes afficit, uerũ etiam usq; ad ipsa ossa penetrat, si hoc igitur postremum contingat, necesse est os abscedere hoc est squammulas ossis, & ob ossis auulsionem cauas fieri circuitus, tunc autem incipit curari, cum caro in ipso

generetur,& ad cicatricem perueniat. Sciendum autem est diu turna vlcera esse phagedæna Telephia & chironia,phagedæna quidem appellantur,quoniam corrodant,chironia a chirone,qui ea curauit,Telephia a Telepho,qui ea passus est.

QVI gibbi ex asthmate aut tussi fiunt,ante pubertatem moriuntur. 48.

SPINA recedit,vel ad interiora,vel ad exteriora , vel ad obliqua,sed ipse recessus vel a primitiua causa ortum habet, vel ab abdita ,a primitiua quidem hoc mõ si verbi gratia ex ictu lapidis vel ligni contingant.Ab abdita autem,si in ligamẽtis vertebrarum tuberculum crudum factũ sit,vel inflammatio tunc enim cum dilatetur,ad interiera trahuntur vertebræ , uel ad exteriora ob angustiam.Supponatur igitur tuberculum circa ligamenta uertebrarum,ex hoc recedunt ad interiora uertebræ , & angustior fit thorax,& consequitur difficultas anhelitus quæ uocatur asthma.fit igitur asthma ex translatione,& recessu uertebrarum,si tamen crassa sit materia,quod si tenuis sit & ex ipsa pars deferatur ad thoracem fit tussis , cum excernatur per asperam arteriã,qui igitur gibbi ante pubertatem fiunt per abscessum,ex asthmate uel tussi moriuntur , quoniam non augentur,in ipsis enim partibus & thorax profunditatem non habet,nec est in ipsis copia calidi innatsi,& ideo moriuntur.

QVIBVSCVNQVE venæ sectio , vel purgatio cum medicamento conuenit, hos vere purgare, vel venam incidere oportet. 49.

A D præseruandum attinet hic aphor.& de his agit,qui non sine pericnlo bene ualent,ii enim uel quantitatem humorum hoc patiuntur , quorum secare uenam oportet , ne incidant in morbos,qui ex plenitudine oriuntut,uel qualitate, quos etiam purgare oportet,ne in uarios affectus incidant. Quibuscunque

igitur

igitur ex eiusmodi hominibus, vel venæ sectio, vel medicamentum conuenit, his oportet vere vel secare venam, vel purgare, nam tunc non est caliditas efficiens resolutionem corporum, non frigiditas, quæ efficit morsum humorum, non inæqualitas perturbans facultates, verum potius temperies.

LIENOSIS difficultas intestinorum superueniens, bonum. 50.

LIENOSOS vocat eos q̃ habent splenem scirrho affectum, quibus si superueniat difficultas intestinorum, bonum est ratione translationis, cum effundatur humor melancholicus impactus in splene.

QVIBVSCVNQVE morbi podagrici fiunt, hi sedata in quadraginta diebus inflammatione finiunt. 51.

DE podagrica dispositione agit, & præscribit ipsi vltimum tempus monens in quadraginta sedari inflammationem & finiri, si enim id quod fluit sit tenue, etiam celerius inflammationem patiuntur, si autem humidum & lentum longiori tempore, verum non procul a quadraginta diebus inflammantur quam longissime, nam humiditates, quæ sunt in dearticulationibus ligamentorum continentium ipsas, oportet per vapores euacuare, & eas quæ incidunt in ligamenta, quo enim modo difficulter aliquid exterioris humiditatis peruenit in ipsas partes, eodem modo etiam difficulter transfertur.

QVIBVSCVNQVE præciditur cerebrum, ĳs necesse est febrem, & bilis vomitum superuenire. 52.

PRAECISIONEM vocat eam, quæ penetrat vſque ad interiores partes. Si igitur cerebrum ex quadam occaſione & ex primitiua cauſa præcidatur vſque ad interiores partes, neceſſe eſt febrem & bilis vomitum ſuperuenire, febrem quidem, cum ipſum, quæ eſt pars nobiliſſima laboret inflammatione, bilis autem vomitum, nam cum afficiatur neruorum principium cæs partes, & maxime os ventriculi, vt neruos habentes in ſe multos naturaliter concutiuntur, & perturbantur, & ad euacuationem variorum humorum inuitantur, & ad fluxum, præcurunt autem ea quæ ſunt bilioſa, ut leuiſſima.

QVICVNQVE dolore capitis repente capiuntur, & ſtatim muti fiunt, & ſtertunt, in ſeptem diebus pereunt, niſi febris apprehenderit. 53 Oportet vero & conſiderare oculorum in dormiẽtibus ſuſpectiones, nam ſi quid album commiſſis palpebris ſubinſpicitur, neque ex alui profluuio, aut medicamenti potione iſtud contingant, malum eſt ſignum, & lætale valde. 54.

DE morbo attonito agit, & ipſius exponit principium incrementum, & vltimum ſtatum. Principium igitur oſtenditur ex repentino dolore, qui fit ex grauitate craſſi & lenti humoris, poſtea cum reſtet, ut craſſi ſpiritus generentur, cum abſoluta fiat obſtructio cerebri, non amplius tranſmittitur virtus ad neruos, & amittitur uox, quod oſtendit incrementum affectionis, ſi igitur hoc fiat, ſtertunt, hoc eſt violenta reſpiratio ſuperuenit, ex qua oſtenditur ſtatus, & moriuntur, niſi apprehendat febris, ſi enim hoc accedat, reſoluitur ſubſidens in capite materia, & attenuatur, & difflatur, & prohibetur, ne moriantur, verum oportet inſpicere ſuſpectiones oculorum, ſi enim febre ſuperueniente appareat aliquid albi, non prouenięs ex

alui profluuio, uel ex medicamenti potione, difficile est, ostendit enim perfectam imbecillitatem musculorum claudentium oculos, & totius corporis, si autem nihil albi simul appareat bonum signum, quoniam robustam indicat facultatem.

DESIPIENTIÆ, quæ cum risu fiunt, securiores, quæ vero cum studio, periculosiores. 55.

DESIPIENTIA est excessus uel potius priuatio ratiocinationis & discursus, huius autem differentiæ sunt quatuor, est enim moderata quæ sola fit ex miti caliditate, est autem uehementior quæ facit homines audaces & contumeliosos, hæc autem ex maiori caliditati prouenit, est autem etiam vehementissima, & est in hac ferinus mos, quæ quidem prouenit ex absoluta & perfecta caliditate. Extrema ex humore malancholico generatur. quacunque igitur harum cum risu sunt, securiores sunt, quoniam ex mitiori fiunt caliditate prouenien te a copioso sanguine, quæcunque autem cum studio, periculosiores, quoniam ex vehementi caliditate fiant, & a flaua bile irritentur.

IN acutis passionibus, quæ cum febre sunt, luctuosa suspiria, malum. 56.

HVIVS Aphor. Interpretatio desideratur.

DOLORES podagrici vere & autumno magna ex parte mouentur. 57.

IVRE hi affectus mouentur uere & autumno, in vere quidem: nam hoc tempore quod moderatam habet caliditatem, fit fusio materiæ, quæ prius in hieme collecta erat, & expulsio a robustis locis ad imbecillos, hoc est pedes, in autumno

autem quoniam ob inæqualem intemperiem deiiciuntur virtutes, qbus deiectis differētes generantur humores, & cum expellātur ad imbecillos & inferiores locos, podagram faciunt, præterea quoniam in ipso concludatur materia in æstate collecta.

IN morbis melancholicis adhæc periculosi decubitus stuporem corporis, vel cōuulsionem, vel furorem, vel cæcitatem significant. 58.

NVNC agit de melancholia, & de translatione materiæ, quæ ex ipsa existit, & de successione aliorum morborum, si (inquit) habito quodam a melancholia inclinauerit eiusmodi materia per transpositionem in has partes, periculosum est, si enim ad oculos delata sit, facit cæcitatem, si autem ad neruos conuulsiones, quæ ex multitudine proueniunt, si autem perfecte obstuxerit ventriculos cerebri, quos corpus appellant, morbum attonitum, si autem ad membranas ipsius cerebri, furorem generat, hoc est eum, qui melancholia vocatur.

APOPLEXIÆ autem fiunt maxime a quadragesimo vsque ad sexagesimum. 59.

HOMINES a quadragesimo anno vsque ad sexagesimum apoplexia corripiuntur, nam maxime redundat in ipsis humor melancholicus, qui crassitie sua obstruens apoplexiam generat, fit autem & a pituita apoplexia, sed nunc de ea non est sermo Hip.

SI omentum excidat, necesse est putrescere. 60.

OMENTVM est adiposa & fibrosa substantia superiacens intestinis & ventriculo, huius sæpe numero, cum in imo

ventre perforatio facta sit pars quædam excidit, & quoniam adipe plena est & facile afficitur contingens exteriorem aerem necessario statim putrescit. Iubet igitur Hip. ut incidamus id quod excidit, & hoc modo ventrem suamus.

QVIBVSCVNQVE a coxendicum dolore molestati excidit coxa, & rursus incidit, ĳs mucores superueniunt. 61.

CVM enim in eo loco colligatur pituita, uidelicet in ea cauitate, in qua est de articulatio coxæ, ueluti irrigat ligamenta, & laxa ipsa facit, & hac de causa a proprio loco recedit, & rursus in cidit caput femoris.

QVIBVSCVNQVE a coxendicum dolore molestatis diuturno, excidit coxa, ĳs crus tabescit, & claudicant, si non vrantur. 62.

SI OB multitudinem mucoris cum maiori recessu maneat coxa, fiet claudicatio cruris, consequetur autem necessario & nutrimenti defectus, cum naturali motu priuatum sit. Sic quidem tabescit crus & claudicat eorum, qui a coxendicum dolore molestantur, nisi urantur, si autem vrantur nihil horum patiuntur: vstio enim mucorem in cidentem exiccat, & cósumit, & firmantur ligamenta, cruris, & in naturalem statum redeunt, & posthac non amplius excidit caput fœmoris a cauitate.

PHILOTHEI

COMMENTARIA IN SEPTIMVM APHORISMORVM HIPPOCRATIS, LVDOVICO CORADO INTERPRETE.

IN morbis acutis frigus extremarum partium malum. 1.



OC loco de superuenientibus agit, superuenientia autem (ut dictum est in superiori sectione) quatuor modis intelliguntur, supponit igitur morbum, qui qdem est febris acuta.& ex eo symptoma, quæ quidem est refrigeratio extremarum partium, si (inquit) superueniat in acutis febribus frigus extrematum partium,hoc est digitorum,narium, aurium, & simpliciter superficialium partium sine manifesta causa,malum, est & pernitiosum:ostenditur enim imbecillum esse calidum innatum,febris enim extinguit ipsum,uel est inflammatio iusta in hepate & ventriculo, quæ feruore suo,more cucurbitulæ trahit sanguinem ad se ipsam, & hac de causa extremæ partes sanguine nudatę refrigerantur.

IN osse ægrotante caro liuida,malum est. 2

AEGROTAT os, cum materia vitiosa vsque ad ipsum penetret,si igitur cum affectum sit os, rursus caro liuida superueniat, malum est, ostenditur enim in eo loco extin-

ctio naturalis caliditatis,& mali moris esse morbus.

A vomitu singultus & oculorum rubor malum. 3.

VOMITVS & singultus ambo sunt affectiones stomachi sed differunt loco, in uomitu enim in ipsa cauitate ventriculi est materia,in singultu autem materia est in ipsa substantia stomachi,si igitur singultus a vomitu superueniat, malum,nam materia translata est ab ignobiliori parte,hoc est a cauitate ad nobiliorem,hoc est ad substantiam stomachi.Preterea etiam oculi rubri superuenientes ex vomitu,malum, ob eandem causam,simul enim affectum est cerebrum stomacho patiente inflammationem,hoc autem manifestum est ex oculis,hi enim cum materiam susceperint,& ab ea sint affecti,eodem modo rubefiunt.

A sudorẽ horror,non bonum. 4.

SVDOR superueniens liberat a morbo,verum non quilibet,sed is, qui prouenit ex prouidentia naturæ. si igitur sudor fiat,& non consequatur facilis tolerantia, sed magis horror,malum est,indicatur enim multitudo subiectæ materiæ, & ratione mali moris fieri morbum.

A furore,difficultas intestinorum, vel aqua inter cutem,vel mentis alienatio,bonum. 5.

FVROR proprie ortum habet ex flaua bile redundante in cerebro,verum si eadem materia confluat ad ventriculum,& ad intestina generat intestinorum difficultatem, si autem ad hepar,parit imbecillitatem facultatis, ex qua generatur sanguis,& facit mediocrem aquam inter cutem. Alienationem autem mentis facit,hæc est motum & turbationem,quæ in

dicanda est eo modo quo dictum est in his. in quibus iudicatio fit, hoc est autem nox, quæ præcessit difficilis tolerantiæ. Si igitur aliquid horum ex furore fiat, bonum est, a nobilissima enim parte hoc est a cerebro ad ignobiliores partes translata est materia.

IN morbo diuturno fastidium cibi & biliosæ deiectiones, malum. 6.

DIVTVRNOS morbos dicit eos, qui in longum tempus protenduntur, in quibus & cibi fastidium, & biliosæ deiectiones malum, nam indicant absolutam imbecillitatem facultatis non amplius alterantis, non amplius concoquentis, non amplius continentis, vt deinceps secundum naturam ferantur deiectiones.

EX multa potatione rigor, & desipientia, malum. 7.

MVLTAM potationem vocat, ex qua rigor, & desipientia naturaliter proueniunt, rigor quidem cum materia calida & acris & mordax fusa sit in partibus, in quibus est electio, & in sensitiuis ob vini caliditatem. Delirium autem propria vini caliditate, cum cerebrum transmutetur in intemperiem calidam. Ambo igitur hæc superuenientia multæ uini potioni sunt etiam mala ob excessum caliditatis.

A tuberculi intus ruptione, exolutio, vomitio, aut animi defectus, fit. 8.

HAEC est eius sententia, si tuberculum fit interius, siue in partibus ad nutritionẽ, siue in partibus ad respirationem pertinentibus, verbi causa in ventriculo, vel in thorace & statim

disrumpatur, fertur pus, ad pulmonem, & cor, vel qualitas quędam ex ipso, & facit exolutionem, & animi defectum. Hęc igitur omnia sunt grauia, hoc autem Hippo. tacuit, quod sit in confesso omnibus.

A profluuio sanguinis conuulsio, ac desipientia, malum. 9.

HOC loco inquit, si fluxus sanguinis fiat ex qualibet parte corporis, & ex ipsa consequitur conuulsio, malum, nō enim ex plenitudine sequitur, uerum ex siccitate, si autem aliquando exiccato cerebro, cum uidelicet præcesserit uigilia ex euacuatione fiat etiam desipientia, adhuc peius est.

AB illeo vomitus, vel singultus, vel desipientia, vel conuulsio, malum. 10.

ILEVM est uomitus stercoris, si igitur stercus morsum faciens affecerit substantiam stomachi, singultum fuit, si autem aliquando acriores uapores delati sint ad superiora, hoc est ad cerebrum, si quidem ad substantiam ipsam penetrabunt, fit desipientia, si autem ad neruos, conuulsio, hæc igitur omnia cum ex ileo fiant, malum.

A morbo laterali pulmonis inflammatio, malum. 11.

MORBVS lateralis fit in membrana succingente costas pulmonia autem in pulmone, malum igitur est in morbo laterali pulmoniam fieri, quoniam fiat translatione materiæ ab ignobili parte ad nobilem, hoc est ad pulmonem.

A pulmonis inflammatione phrenitis, malum. 12.

IN nobiliorem enim partem facta est translatio materiæ quanto enim pulmon nobilior est membrana succingente co stas, tanto est ignobilior cerebro.

AB æstibus fortibus conuulsio autem distentio, malum. 13.

HOC est in ardenti febre, quoniam ex siccitate prouenit.

IN capitis ictu obstupescentia, & desipientia, malum. 14.

INDICAT enim temporales musculos affectos esse, his autem affectis simul afficitur etiam cerebrum, hinc desipiētia & excessus, id est mentis alienatio sequitur, fieri enim non potest, vt cerebrum non sit affectum. Hoc autem non solum non est malum, verum etiam letale.

A sanguinis sputo, puris sputum. 15.

A puris sputo, phtisis, & fluxus, cum vero sputum retinetur, moriuntur. 16.

NVNC ex thoracis partibus supponit ferri sanguinem fertur autem, vel propter ruptionem, vel propter corrosionem vel propter osculi apertionem, in sputo igitur sanguinis ad secundam nauigationem præparatur natura, & in pus transmutatur materia, & puris sputum sequitur, cum autem hoc sputum perseueret in exeundo obtundit vitalem spiritum, vt toti corpori non suppeditetur, & fit colliquatio, quæ phthisis appellatur, si autem tanta fiat decidentia vt etiam fluxus pilorum sequatur, & ventris profluuium, difficilius est, ostenditur enim prostratas esse virtutes.

IN hepatis inflammatione singultus, malum. 17.

HEPATE inflammato singultus malum, nam ostenditur multam esse repletionem, & distentionem, vt angustia ipsa preueniat vsque ad ventriculum, quo compressio, fiat singultus, vel quoniam ostenditur multa inflammatio quæ calefaciens ventriculum, & os ipsius singultum facit.

IN vigilia conuulsio, & desipientia, malum. 15.

HOC loco, si (inquit) in vigilia conuulsio fiat, malum est, nam ex siccitate prouenit, vigilia enim siccitatem facit, si autem & desipientia superueniat, grauius est, ostenditur enim accessio siccitatis.

IN lethargo tremor, malum. 19.

LETHARGVS est passio circa cerebrum consistens, quæ prouenit ex materia humida & frigida, ex qua & difficilis expergefactio cum imbecillitate animalis spiritus accedit, verum cum lenta febri fit hic affectus, si igitur in lethargo tremor appareat, malum hoc est periculosum. Ostenditur enim tantam esse copiam frigidæ materiæ, vt etiam dorsi partes occupet, & hinc nerui ex repletione conuellantur. Alius autem interpres Aphoris. sensit in lethargo tremorem esse malum, cũ ostendat nimiam siccitatem.

IN cutis exutione erysipelas. 20.

DENVDATIO est priuatio naturalis velamenti. si igitur in ossis exutione, hoc est priuatione carnium & cutis erysipelas superueniat, malum est, ostendit enim fluxum ma-

teriæ ſanguine redundantis, quæ corrodit, & conſumit, ſuper iacentes carnes, eryſipelas enim a ſanguine bilioſiore prouenit.

AB eryſipelate putredo, & ſuppuratio, malum. 21.

SI eryſipelas fiat & in parte ledetur, manifeſtum eſt tempore ſanguinem putrefieri, & hac de cauſa fieri quandam depoſcentiam, quam putredinem uocauit Hippocra. ſi autem aliquando confirmata ſit virtus, & incipiat in pus tranſmutare putrefactam materiam, tunc ſuppuratio. In eryſipelate igitur hæc ſuperuenientia mala ſunt, oſtenditur enim eryſipelas eſſe mali moris.

A forti in vlceribus pulſu profluuium ſanguinis, malum. 22.

FORTEM pulſum vocat pulſatiuum dolorem, qui alia ratione non fit niſi ex concurſu & magna inflammatione adhærenti ipſi arteriæ, ſi igitur in vlcere dolor eſt pulſatiuus, & ſanguinis profluuium, malum eſt, primum quidem quoniam oſtenditur maximam eſſe inflammationem in vlcere, ſecundo autem loco, quoniam in eiuſmodi pulſibus oſtenditur profluuium ſanguinis proueniſſe ex aperto oſculo arteriæ, ambo igitur mala.

A ventris dolore diuturno ſuppuratio. 23.

DOLOR circa ventrem fit uel ex ſpirituum abundantia, vel ex materia tenui & acri, vel ex materia craſſa & pituitoſa. Hoc igitur loco ſupponit dolorem ex humorum craſſitudine, ipſe enim in longum tempus protrahitur, ex quo &

expectatur suppuratio, putrefit enim tempore materia, & in pus transmutatur. Hic autem sermo, non solum ventriculo in quem ingeruntur cibi, conuenit, verum etiam vnicuique parti.

A deiectione sincera difficultas intestinorum malum. 24.

SINCERAM deiectionem uocat carentem humiditate, & impermixtam euacuationem, quæ in exeundo mordicationes & erosiones faciens merito efficit intestinorum difficultates, quod etiam graue est.

IN ossis præcisione desipientia, si in vacuum apprehenderit, letalis. 25.

SI (inquit) ipsum capitis os præcisum sit, ut diuisio vsque ad ipsum vacuum peruenerit, hoc est vsque ad id omne, quod continet cerebrum, necessario desipientia sequitur & mentis alienatio.

EX medicamenti potione conuulsio letatis est. 26.

SI Ex medicamenti potione, hoc est ex immodica purgatione conuulsio fiat, letale est: ostenditur enim immodicam esse siccitatem.

IN forti dolore ventris extremarum partiũ frigiditas, malum. 27.

Fortis dolor ventris prouenit, vel ex inflammatione, vel ex herpete, vel ex tumore erysipelatis, si igitur in eiusmodi dolore fiat extremarnm partium frigiditas, letale est, ostēdit enim imbecillitatem caloris innati, vel iustam inflammationem, quę more cucurbitulæ (vt dictū est) trahens sanguinem extremas partes frigidas relinquit.

QVODCVNQVE os vel cartilago præcisa sit in corpore non augetur. 28.

VEL quoniam hæ partes frigide sint & siccæ, vel quoniam (vt dictum est) ex semine ortum habent.

QVI alba pitúita detinetur, si fortis ventris fluxus superuenerit, a morbo liberatur. 29.

DE aqua inter cutē, quæ est ab alba pituita sermo est Hip. in qua forte ventris profluium, hoc est quod in lōgum tempus protrahatur soluit morbum ea ratione, quoniam euacuetur cā faciens morbum, albam autem dixit pituitam, vel ad alterius differentiam, est enim etiam liuida pituita, vel quoniam sit alba, vt lac.

QVIBVS in alui pro fluuijs excrementa spumosa fiunt, ijs capite pituita defluit. 30.

SPVMA componitur ex spiritu & ex Humido, si igitur in ventris profluuiis excrementa, spumosa fiant & appareant merito a capite defluit, etenim cerebrum his duobus abundat, hoc quidem per substantiam, illo autem per temperaturam, per substantiā quidē, quoniam humidū est, per tēperaturā aūt quoniam frigidum, frigida autē temperatura spiritus generat.

QVIBVS febricitantibus fiunt sedimina

veluti farina crassior, longam ægritudinem fore significant. 31.

SI inuentę inquit sint quædam partes in vrinis habentes cõsistentiam more crassioris farinæ, vel ob colliquationem corporis fiunt, uel ob crassam materiam, existenté in corpore & obsidentem ipsam caliditatem, de hac igitur significatione ser mo est, Quibuscunq; igitur fiunt urinæ in modum farinæ crassioris, subiacente febre, & crassa materia, diuturnus est morbus, indiget enim tempore natura, ut attenuet crassam materiam.

QVIBVS autem biliosa sedimina supra tenuia, morbum acutum significant- 32.

HAEC est Aphor. sentẽtia, quibuscunq; biliosa sedimina, hoc est a bile colorata, superius autem, hoc est a principio morbi tenuia & in modum aquę, breuem morbum significant, nam cæpit & concoctio fieri, & extrudi materia.

QVIBVSCVNQVE vrinæ distãtes sunt, ĳs turbatio uehemens in corpore fit. 33.

DISTANTEM urinam uocat inęqualem, quæ partim concocta est, & partim cruda. Quibuscunq; igitur eiusmodi fiunt urinę difficiles sunt, ostendunt enim partim dominum naturæ, partim affectionis, quæ est pręter naturam, ideo dixit Hip. ex his merito turbationem significari.

QVIBVS in vrinis bullæ insident, morbũ renalem & longum significant. 34.

BVLLA est spiritus flatuosus ab humiditate uel crassa uel

tenui prouenìens,consistunt autem in superiori parte urinæ, quoniam attolluntur a spiritu, quibuscunq; igitur effluxerit urina in modum bullæ,& non statim soluitur, ostendit morbũ longum,crassitudo enim materiæ solet in diuturnum tempus morbos protrahere, præterea etiam morbum renalem, fertur enim ex locis qui sunt propinqui renibus, si enim ex meatibus deferretur, uerbi causa,uel ad uentrem, uel ad thoracem cito utiq; solueretur,quoniam motu attenuaretur.

QVIBVS insidens pingue, ac simul totũ ĳs renum vitium acutum significatur. 35.

PINGVE sedimen uocat adiposum, hoc est oleosum q̃d subsidet,hæc igitur hypostasis renum uitia significat, si simul tota est,hoc est cita,vt semel aut bis excreta sit:cum enim in renibus adeps colliquetur,cito excernitur,si autem in toto corpore,tarde,illa etiam acutum uitium significat,uehementem caliditatem in renibus ostendens,vt quæ adipem ipsum colliquet.

QVIBVS autem morbo renali laboranti bus prædicta accidunt signa,doloresq; circa spinæ musculos fiunt, siquidem circa loca exteriora fiant,abscessus quoq; exterius futuros expecta. Si vero dolores magis circa loca interiora, etiam abscessus expecta futuros interius. 36.

NEPHRITICOS uocat habentes inflammationem vel obstructionem in renibus, si igitur est renalis dispositio,& prius dicta signa sæpenumero apparuerint, hoc est vrina tenuis, & aquæ similis,hoc est hypostas bullæ similis, fiunt autem dolores circa spinales musculos interiores, cum materia quæ erat in renibus, translata sit ad ipsos, fiet abscessus interior, si autem circa musculos spinales exteriores fiunt dolores,

etiam

etiam abſceſſum exteriorem oportet expectare.

QVICVNQVE euomunt ſanguinem, ſi ſine febre quidem, ſalutare, ſi autem cum febre malum, curare vero acerbis et refrigerãtibus. 37.

NVNC Hip. ſupponit ſanguinis euacuationem a partibus ad nutritionem attinentibus. Si hæc igitur ſine febre fiat, bonum eſt, verum ſi ſit moderata, oſtendit enim non inflammationem a qua defertur ſanguis, ſed ſolam oſculi apertionem, ſi autem cum febre, valde periculoſum eſt, & pernitioſum, oſtẽdit enim inflammationem eſſe, ex qua ſanguis defertur ob corroſionem. Præterea etiam curationem tradit, curatio autem fit acerbis & refrigerantibus, verum non omnis profluuii ſanguinis, ſed eius quod prouenit ex apertione oſculi, id enim acerba & refrigerantia curant, vt compreſſionem facientia.

DISTILLATIONES in ventrem ſuperiorem ſupperantur intra viginti dies. 38.

DISTILLATIONEM vocat confluxum materiæ, & eum qui fit ad aſperam arteriam, vel ad cauitates thoracis, vel ad ipſum pulmonem, vẽtrem autem ſuperiorem vocat thoracem comparans ventriculo, ſi igitur fiat diſtillatio in ipſo ſuperiori ventre infra uiginti dies quam longiſſime ſuppuratur ob abundantiam calidi innati, contingit enim aliquando breuiori tempore ſuppurari, hoc autem fit & ex facultate ſubiecti corporis, & ex ſubiecta materia.

SI lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis ſtupore elanguit, tale eſt melancholicum. 39.

SAEPE numero fit obſtructio circa apophyſes neruorũ quæ feruntur ad muſculos linguæ, & cum non amplius ſuppeditetur facultas muſculis, amittit ſenſum & motum lingua, quã incontinentem uocat Hip. ex obſtructione autem fieri patet, cum dicat (ſtatim) non enim inflammatio neque ſiccitas ſtatim immobilem poteſt facere linguam. Reliquum eſt igitur (ut dictum eſt) ut obſtructio fiat ex craſſiſſima materia. Si igitur lingua in continens ſit, vel alia quælibet corporis pars attonita fiat, hoc ẽſt ſine ſenſu & ſine motu, tale melancholichum eſt, hoc eſt prouenit ab humore melancholico obſtruente.

SI febris non ex bile habeat, multa aqua calida capiti ſupẽr infuſa ſolutio fit febris. 40.

CVM bilis meminiſſet exempli gratia vt breuitatis ſtudioſus, indicauit etiam intelligi poſſe hoc eſt in reliquis humoribus, hoc eſt pituita, ſanguine, & atra bile. Igitur effuſio aquæ calidę & multa non prodeſt in febribus a quolibet humore prouenientibus, ſed in illis, quæ ſunt vel in ſpiritibus vel in ſolidis, non enim eſt materia, quæ ex hac effuſione poſſit inferre dolorem, ſi quis autem querat cur Hip. capitis iubeat ſuperinfundi aquam calidam, dicamus hoc, idcirco fieri, ut ex capite per totum corpus deſcendat.

MVLIER ambidextera non fit. 41.

AMBIDEXTEROS, appellant eos homines, qui ambus manus facile mobiles habent, hoc autem facit conſuetudo, nam ſi quis a puero conſueuerit ſiniſtram manum mouere, ipſa fiet aptior ad motum, ſi autem ambas, ambi dexter vt enim dictum eſt, motus confirmat, otium autem diſſoluit. Oritur hoc etiam a robore facultatum & naturæ, ideo potius mares ſunt ambidexteri qnam fœminæ, cum ſint imbecilliores,

alii autem hoc modo intelligunt Aphor. quoniam mulier in dextro ſinu matricis non generatur.

QVICVNQVE ſuppurati vruntur vel ſecantur, ſi pus purum fluxerit, & album, euadunt, ſi vero ſubcruentum, & feculentum, ac fœtidum, pereunt. 42.

SVPPVRATI proprie ſunt, qui inter pulmoně thoracem pus habent. Si igitur his, cum uruntur, pus album & lene & æquale contingat fluere, bona eſt ſpes: oſtenditur enim naturam eſſe robuſtam, & ſuperatam eſſe diſpoſitionem præter naturam, ſi autem fœtidum & fœculentum, moriuntur: oſtenditur enim morbum dominari, proſtratas autem eſſe facultates. Verum ſciendum eſt Hippocra. tempore ſuppuratos vri inter duas coſtas, & vſque adeo in profundum, ut & per ipſam ſuccingentem per tranſiret vſtio, ut ex eo aditu differetur pus.

QVORVM Hepar ſuppuratum aduritur, ſi pus purum fluxerit & album, euadunt, in tunica enim his pus ctinetur, ſi vero qualis amurca fluat pereunt. 43.

HOC loco inquit. Conſiderandum eſt pus, quod excernitur ſi enim album & purum fiat, indicatur robur alteratricis facultatis, & exteriorem inflammationem eſſe circa membranam hepatis, ſi autem vt amurca hoc eſt fex olei fluat pereunt.

DOLORES oculorum poſt meri potionem, & aquæ calidæ balneum, venæ ſectione curato. 44.

HAEC est eius sententia si fiant dolores oculorum, oportet merum bibere, & post aquæ calidæ balneum secare venam, verum hoc facere, si est materia in solo oculo, & primum quidem merum potare, postea vti balneo, ut fiat fusio materię & sic venam secare vt materia consistat, quæ prius cepit effundi.

AQVA inter cutem laborans si a tussi habeatur desperatus est. 45.

HIC Apho. superius interpretatus est, verum secundum est quicunque Aphorismi inter se similes sunt, & eiusdem sententiæ ab aliis, & non ab Hippocrat. interpositos esse.

VRINÆ stillicidium & mingendi difficultatem. vini potio & venæ sectio soluit. 46.

VRINAE stillicidium appellat inflammationem existentem in vesica, quæ ob copiosam humiditatem, exoluit facultatem ipsius, hanc venæ sectio soluit, quoniam euacuat materiam facientem morbum, verum oportet interiores secare, hoc est eas quæ sunt in interioribus talis, mingendi autem difficultatem ex obstructione proueniente flatuosorum spirituũ, & ex lentis humoribus uini potio soluit, vinum enim merum vt calidum, difflat, & resoluit ipsos.

AB angina habito tumor, vel rubor in pectore superueniens bonum, extra enim vertitur morbus. 47.

CAVSA superius, dicta est, nam ad ignobilem partem a nobili translata est materia.

QVIBVS cerebrum ſphacelatum, ideſt corruptum eſt, in tribus diebus pereunt, ſi vero hos euaſerint, ſani fiunt. 48.

SPHACELISMVS hoc loco intelligendus eſt pro corruptione, & putrefactione incipiente, quibus igitur cerebrum corruptum eſt, hoc eſt cepit tendere ad corruptionem, & putrefactionem, in tribus diebus pereunt, quoniam affectus ſit difficilis, & pars ſit nobiliſſima, ſi autem hos tres dies effugerint, ſani fiunt, oſtenditur enim robur facultatis.

STERNVTAMENTVM fit a capite, vel calefacto cerebro vel humectato eo, quod in capite eſt, inani, aer enimintus contentus extra erumpit, ſonat autem, quoniam per anguſtum ipſi eſt exitus. 49.

STERNVTAMENTVM eſt ſonus aeris expirati violentia factus, fit autem duplici ratione, vt dictum eſt, vel enim trahit ad ſe ipſum ſuperfluitates, & replet cerebrum reliqua deſiderantur.

RESTANT vigintiſex Aphoriſ. quorũ interprætationem prætermiſit philotheus, vel quoniam faciles ſint, vel quoniam ex ſuperiorum interpretatione facile intelligi poſſint, vel certe quia ſicut dicit Galenus nothi ſint & Hippocrati aſcripti, cum aut ſint ex ſupradictis aphoriſmis conſarcinati, aut illorum partes, vel iidem ipſi mutatis tantum verbis ſuppoſiti.

FINIS.

SI fenioribus fupra modum purgatis fingultus fuperuenerit non bonum. 50.

Si febris non ex bile habeat, multa aqua calida capiti fuperinfufa folutio febris. 51.52.

QVicunque hepar circundolent, his febris fuperueniens foluit dolorem. 53.

Quibus venis fanguinem mittere confert, his vere venam poortet fecare. 54.

Quibus inter ventriculum, & feptum pituita repofita eft, & dolorem affert non habens exitum, neq; ad alterum ventrem, his per venas ad veficam pituita verfa foluitur morbus. 55.

Quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit. his venter aqua repletur, & moriuntur. 56.

Halyce ideft anxitudo, ofcitatio, horror, vinum æquale æquali potum, foluit ægritudinem. 57.

Quibus in vrinario meatu tubercula fiunt, his fuppuratione facta, & eruptione, foluitur dolor. 58.

Quibus cerebrum aliqua ex caufa concocuffum fuerit, neceffe eft ftati mutos fieri. 59.

Corporibus carnes habentibus humidas, famem adhibere cōuenit, fames enim corpora ficcat. 60.

Vbi in toto corpore mutationes, & corpus refrigeratur, & rurfus calefit, aut colorem alium ex alio commutat: longitudo morbi fignificatur. 61.

Sudor multus, calidus, vel frigidus, femper fluēs humorem abduci, robufto quidem fupra, debili vero infra fignificat. 62.

Siquis cibum febricitanti dederit vt fano robur fic laboranti morbus. 63.

Quæ per veficam excernuntur infpicere oportet, fi talia qualia fanis excernuntur. Quæ igitur minime fimilia funt, his hęc morbofiora. Quæ vero fūt fimilia, hæc minime morbofa. 64.

Et quibus deiectiones, fi ftare permiferis, & non moueris, veluti ftrigmenta fubfiftūt, & fi pauca, paucus eft morbus & fi multa, multus, his confert alui purgatio, quod fi aluo non purgata dederis forbitiones, quanto plures dederis tanto magis nocebis. 65.

Excretiones in febribus non intermittentibus, liuidæ fangui-

neæ, biliosæ & fetidæ, omnes malæ. Cum vero bene excernuntur, bonum est, & per ventrem, & per vesicam: & vbi aliquid secedens steterit non purgatum, malum. 66.

Corpora oportet vbi quis purgare uoluerit, fluida facere, & si supra, sistere aluum, si vero infra, humectare. 67

Somnus, vigiliæ, vtraq; modum excedentia, morbus. 68.

In febribus non intermittentibus, si exteriora frigent, interiora vruntur, & febris habeat, lætale. 69.

In febre non intermittente si labrum, aut nasus, aut oculus, aut supercilium peruertitur, si non videat: si non audiat & iam debilis sit. quicquid horum fuerit, mors prope est. 70.

A pituita alba: aqua intercus superuenit. 71.

Ab alui profluuio, difficultas intestinorum. 72.

A difficultate intestinorum leuitas intestinorum superuenit.

A corruptione abscessus ossis. 73.

A sanguinis vomitu, tabes, & puris purgatio supra. 74.

Qualia fuerint vesicæ, aut alui excrementa: & ex carnibus: & sicubi alibi a natura corpus exierit, si parum paucus est morbus, si multum, multus, si valde multum, lætale est. 75.

ERRATA QVAE INTER IMPRIMENDVM CONTIGERE.

Folio.2.pagina.2.quæ nos liberat ab eo qualitate,lege ab eo quod qualitate,ibidem quod euacuatio autem,dele quod.
Folio.7.pag.2.& quæ calidiores.Lege & quæ frigidiores.
Folio.8.pag.2.pluries cibus.Plures cibos.
Folio.9.pag.2.quonam vergit.Quo natura vergit, item modicum adiuuare,medicum.
Folio.11.pagi.1.quodam iure. Qua.n. in re, item, etiam materiam.Esse materias.
Folio.12.pa.1.vel egroto.Vel ab egroto vel ab aliis.
Folio.14.pagi.1. Vox autem. Nox. pagi.2. omnem naturam. Materiam.
Folio.15.pagi.1. impleri vino, cibo: ibidem, trahens lucrum. Succum, ibidem in aliquo affecto, in aliquo loco affecto.
Folio.21.pag.2.cum calor innatus cum non euentat,cum calor innatus non euentetur.
Folio.29.pag.1.consuetudine contemnitur,consuetudo.
Folio.27. pag.1.bubonibus affligibiles,affligi homines. pag. 2.difflui,difflari, dubitatur dubitant,
Folio.31.pag.2.in eiusmodi constitutione fit autem,eiusmodi consti.resin.in.
Folio.34.pa.1. excrutiant peruores,pueros.
Folio.43.pag.1.cum.n.natura hiemis,hominis.
Folio.57.pa.1.caphoniam,aphoniam
Folio.68.pa.1.efficinet.Efficient.
Folio.20. pa.1.caseus est pus, est pars.

Venetijs apud Cominum de Trino Montisferrati.

M. D. XLIX.